I

ANALECTA PLAVTINA

SCRIPSERVNT

FRIDERICVS SCHOELL GEORGIVS GOETZ

GVSTAVVS LOEWE

Contents p. V

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXVII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.

D · M

ET · MEMORIAE · DVLCISSIMAE

FRIDERICI · RITSCHELII

PRAECEPTORIS · VNICI

SACRVM · ESSE · VOLVERVNT

DISCIPVLI · AMANTISSIMI · PIENTISSIMI

FRIDERICVS · SCHOELL · GEORGIVS · GOETZ

GVSTAVVS · LOEWE

INDEX.

Pag.

I. Divinationes in Plauti Truculentum. Scripsit FRIDERICVS SCHOELL . . . . 1—68

II. Symbola critica ad priores Plauti fabulas. Scripsit GEORGIVS GOETZ . . . . 69—134

III. Coniectanea Plautina. Scripsit GVSTAVVS LOEWE . . . . 135—224

DIVINATIONES

IN

PLAVTI TRVCVLENTVM

SCRIPSIT

FRIDERICVS SCHOELL

'*Mit homöopathischen hausmittelchen ist für die wunden und gebrechen unseres stückes keine heilung möglich*'.
A. Kiesslingius Ann. philol. t. XCVII p. 614.

'*Quamquam multa mihi etiam supersunt, desisto de Truculento.* scholasticam illa efflagitant disceptationem et ineptiarum molestam reprehensionem'.
F. Buechelerus Ann. philol. t. CV p. 572.

TRVCVLENTO truculentiorem nullam se criticis praebere fabulam uno ore clamant quicunque vel prioribus saeculis vel nostra aetate eam adgressi sunt. Nam in Palatinorum quos dicimus memoria saepissime verba tam misere corrupta dilacerata exstincta sunt, ut communem omnibus labem per ipsius archetypi condicionem et fortunam adspersam esse appareat. Accedit quod paucae quae in Ambrosiano servatae sunt relliquiae etsi nonnullis locis corrigendis summo cum emolumento adhiberi possunt, tamen non modo ipsae quoque admodum vitiosa verba poetae exhibent, verum etiam haud semel a ceterorum librorum scriptura adeo recedunt, ut novae inde criticis difficultates oriantur. Quin tanta haec librorum discrepantia visa est Bergkio, quae non a grammaticorum librariorumve sive socordia sive prava sedulitate repeti possit, sed quae certa histrionum temeritatis vestigia servet[1]). De hac autem re cum facere non possim quin aliter sentiam, paullo uberius

1) 'Beitr. z. latein. Gramm.' I p. 132: '*Noch jetzt erkennt man deutlich an vielen Stellen des Truculentus, wie in bewusster Absicht die Sprache des Dichters modernisirt ist, nicht etwa von Grammatikern oder unwissenden Abschreibern, sondern von den Schauspieldirektoren, die zum Behuf einer neuen Aufführung das Stück eigenhändig revidirten oder auch einen Andern mit diesem Geschäft beauftragten. Hier bewährt sich nun die Recension der Pfälzer Hdschr. im Allgemeinen sehr vortheilhaft, indem sie die alterthümliche Form mit weit grösserer Treue wahrt, während die Recension des Ambrosianus sich zwar durch eine gewisse Glätte empfiehlt, aber auch den ehrwürdigen Rost des Alterthums mehr oder minder eingebüsst hat.*' Cf. p. 135. 137. 138 sq.

mihi disserendum erit, praesertim cum Bergkii iudicio Fleckeisenus subscripserit[2]) maioremque auctoritatem conciliaverit.

Quamquam uno saltem exemplo ipse Fleckeisenus luculenter comprobavit Bergkium perperam abusum esse in rem demonstrandam[3]). Etenim versus II, 4, 29 sq. cum in A tales exstent:

uerum tempestas quondam dum uiuixi fuit
cum inter nos sordebamus alter de altero,

in P autem[4]):

uerum tempestas memini quondam fuit
cum inter nos sorderemus alteri,

quoniam neutra scriptura nec a sententia nec a sermone nec a metro stare potest, quis utramque negabit ad unam eandemque memoriam revocari aut posse aut debere? qualem hanc olim fuisse Fleckeisenus vidit:

verúm tempestas mémini quom dudúm fuit
quom intér nos sordebámus alter álteri.

Sed idem de aliis exemplis dicendum erit. Velut II, 4, 23 quod A habet triplici allitteratione ornatum:

plus pollicere quam abs te posco aut postulo,

P vero cum hiatu bellissimo:

plus pollicere quam ego a te postulo,

quis quaeso cum Bergkio (p. 134) Palatinorum scripturam ex 'plus pollicere quamde ego a te postulo' ortam esse sumet potius quam librarii oculos a *pos[co aut]* aberrasse ad *[pos]tulo*[5])? Et haec quidem discrepantia numqui differt a diversa versus I, 2, 27 traditione, quam probe Bergkius omisit? Ibi enim quod Ambrosiano debemus:

bene dicis benigneque vocas Astaphium amabo

2) Ann. phil. t. CI (a. 1870) p. 709 sqq.

3) l. s. s. p. 711: '*so sehr ich im princip Bergks ansicht über das verhältniss der beiden recensionen zu einander für richtig halte (sieh oben), so scheint er mir doch hier sich im irrtum zu befinden. beiden überlieferungen liegt vielmehr eine einzige fassung zu grunde*'.

4) Per P cum Bergkio significo codicum BCD scripturam aut plane aut paene consentientem.

5) Cf. Kiesslingius Ann. phil. t. XCVII (a. 1868) p. 615.

etsi quomodo versibus describendum sit Spengelius Brixius Kiesslingius Muellerus Fleckeisenus Buggius Maehlyus varias contrariasque rationes excogitarunt, tamen Palatinorum detrimentum:

benigne dicis Astat eũ (astate CD) ambo

quin mero errori tribuendum sit nemodum dubitavit.

Nec plus probant versus II, 1, 37. 39 (p. 133):

Etiam hac nocte illa per hortum transit A, noctem illac *et* transiliuit P

Qui ubi quamque nostrarum uidet prope aedis adgrediri A, aedis hac si a(d)gredias P.

Nam altero loco cum Bergkio atque Fleckeiseno l. s. s. p. 849 *aedis hasce adgredier*[6]) reponendum est, varia sed prorsus vulgari ratione in utraque recensione obscuratum, altero autem cum nec *transit* nec *transiliuit* verum sit, sed *transiluit*[7]), iterum simplicissimam habemus corruptelam.

Porro summa libidine Bergkius versu quidem I, 2, 34 *nimis otiosum [te] arbitror* casu *te* in Palatinis omissum esse statuit (p. 136), itemque *ei* versu II, 1, 17 *profecto [ei] aut*

---

6) Hanc ipsam infinitivi formam quod consilio Bergkius in A remotam esse statuit vix probari potest. Nam in his ipsis antiquitatis vestigiis conservandis delendisve casum summopere librariorumque incuriam valuisse in propatulo est. Velut eo quem supra attuli loco II, 4, 30 A servavit quod unum priscae latinitatis usui convenit *sordebamus* (*sorderemus* P); contra I, 2, 87 *videret* librarii error est in A, *videbit* ceteri retinuerunt; I, 2, 31 in A et *eum ipsum* et *eam ipsam* pro *eumpse, eampse* exstat, in P alterum ipsum quoque mutatum, alterum non prorsus obscuratum est (*eaase* P, *eampse* Cb); versu insequente *praestrigiatrix*, I, 2, 89 *volimus*, I, 2, 95 *opperimino* servavit A (*praestigiator, volumus, opperire ibi* P), II, 2, 1 *propterve* AC (*proterve* BD); sed II, 2, 6 *in nostra domo,* II, 2, 44 *videaris*, II, 4, 24 sq. *pepercisses* et *repercis*, quas scripturas Spengelius male recepit, in A irrepserunt pro *nostrae domi, videare, parsisses* et *reparcit*, quas P servavit; contra *benene ambulatumst* II, 4, 18 in P abiit in *benene ambulasti* sim. Quin etiam per merum errorem formae antiquiores illatae sunt, ut II, 2, 41 *arbitrarier* in P pro *arbitrare* (= arbitraris). Et eis quae Bergkius p. 133 adn. attulit 'infinitivis' in *-ar* ne vel tantillum tribuas, II, 1, 12 *patiar* in P manifestum mendum tenemus pro *pati*.

7) Cf. Fleckeisenus l. s. s. p. 850, ubi egregie totum locum restituit.

malum aut damnum dari, neque tamen eandem excusationem admittit versu II, 2, 32 *iam [hercle] ego istos* et II, 2, 15 *advenisti huc te ostentatum [cum] exornatis ossibus* (p. 135), ubi *hercle* et *cum* ad evitandum hiatum ab homine litterato qui Ambrosianum recensuit inserta esse putat! At vero cum *hercle* facile intercidere potuit, tum *cum* illud post *[ostenta]tum* usus Plautinus efflagitat. Quin ne talia quidem afferre et coacervare dedignatus est Bergkius, velut quod II, 4, 6 *hercle ego* cum hiatu P, A *hercule ego*, itemque I, 2, 16 *cum eorum aggerimus* illi, hic *eorum cum aggerimus* exhibent, quas 'admodum liberas mutationes' dicit 'hiatus removendi causa in Ambrosiano factas'! Quare tam futtilia argumenta iam omitto, quae si quid probarent etiam BCD codices ex diverso inter se fonte profluxisse facili negotio demonstrari posset[8]).

Ac ne illud quidem attingerem quod satis licenter Bergkius p. 136 versu II, 2, 17 in rem suam usus est, nisi hac occasione data versus in utroque fonte corrupti emendationem ab aliis incohatam absolvere posse mihi viderer. In eo enim iam fere consentiunt homines docti v. 16 *Quian tibi suaso infecisti propudiosa pallulam* scribendum eumque cum versu insequente coniungendum esse. Eius vero initium ex Ambrosiani vestigiis *an eo bella es quia c*epis tibi* (*an eo bella est qui(a)accepisti* P) sic constituendum esse: *an eo bella 's quia clepis tibi* cum Spengelio Kiesslingius Buggius Kochius consentiunt, nec Muellerus cur aliter sentiat rationem reddidit. Iam vero extremam versus partem *armilias aeneas* A (idem in margine .... AS, fortasse AENEAS addidit), *arme* (*arma* CD) *aduenias* P non posse cum Studemundo statui

8) Velut I, 2, 36 B cum A *ego* servans bellissimum hiatum pessum dat; I, 2, 18 autem ex *bona mea degessi* in B *done adecessi* factum est, unde CD *dona concessi* correxerunt: quae si etiam ad codicem B pertineret depravatio, iterum hiatum lucraturus et graviorem dissensum procul dubio notaturus erat Bergkius: *nam | égo | huc dóna congessi.* Quod vero talia quoque adhibuit, qualia sunt II, 4, 8 *hodie cenas* P, *cenas hodie* A, II, 4, 34 *summa[s] semper* P, *semper summa* A: II, 1, 4 B cum A habet *neniam dixit*, *dixit neniam* CD, II, 4, 7 *salva sim* B, *sim salva* CD pro *salva sis* A sim. Sed haec vix opus est ut respiciam, nedum ut demonstrem quam saepe vocibus sic traiectis omissisve ne hiatu quidem omnibusque licentiis advocatis versus efficiatur.

armillas aeneas, quia trisyllabum hoc adiectivum constanter apud Plautum sit, dudum monuerunt Kiesslingius Muellerusque[9]). Qui cum non invenissent quod satis probabiliter reponi posset, strenuo acumine Buggius perspexit *an eo bella's* pertinere ad *Quian — pallulam*, itemque ad *quia clepis tibi armillas* tale desiderari additamentum, quo ducat insuper *aneas* pristina Ambrosiani scriptura. Sed quod ipse proposuit[10]) *an eo Venu's* vel *an eo Helena's* suo iure Kochius abhorrere notavit a Plauti simplicitate; itaque *an eo te amas* ille tentavit[11]). Sed ne id quidem loco satis accommodatum est, utpote quod non minus bene ad verba *quian — pallulam* quam ad *quia clepis tibi armillas* referatur: ad hanc partem orationis audaciae, non ostentationis designationem exspectamus. Quare quid potius scripsisse poetam putabimus quam *an eo's ferox* quod in simili sententia Terentius[12]) usurpavit? FEROX igitur si recte post EOS intercidisse suspicamur, in A 'armillas aeneas' illatum est pro 'armillas aneos' inexplicabili, cum in P 'arma advenias' eiusdem scripturae aut depravatio aut correctio quaedam oblitterata sit.

Sed ut hoc loco quod commune in versus fine vitium contraxerunt eundem utrique recensioni fontem fuisse arguit, ita idem valet de initio versus I, 2, 29, ubi postquam Astaphium dixit se accersere *Archilinem*[13]), in A additur *meretricem, obstetricem* in P. Hanc quam Bergkius p. 135 attulit

---

9) Cf. Ann. phil. t. XCVII p. 614; Pros. Plaut. p. 283 adn., 598.

10) Ann. phil. t. CVII (a. 1873) p. 408.

11) Ibid. p. 772.

12) Eun. III, 1, 25 (415): *Eone és ferox quia hábes imperium in béluas* (*imperium habes* pro *habes imperium* O. Brugmanus scripsit p. 40 diss. 'quemadm. in iamb. sen. Rom. vet. verb. acc. cum num. consoc.' Bonnae ed. 1874); cf. Plaut. Asin. 468 *feróx est, vigintí minas meás tractare sése*; Mostell. 890; Men. 767; Mil. gl. 1323.

13) Hunc nominis *Archilis* metaplasmum in A servatum (*Archinam* P, *Archilinam* Kiesslingius l. s. s. p. 624, *Archilinen* Spengelius foedo vitio, quod a Kiesslingio monitus iterum commisit in Trinummi editione v. 875) satis firmarunt Seyffertus Philol. t. XXIX (a. 1870) p. 409 et Buechelerus Ann. phil. t. CV (a. 1872) p. 570. Versu insequente A habet: *meretricem mala tu femina es oles eam unde tu es disciplinam*, P: *obstetricem mala femina es soles unies disciplinam.*

discrepantiam nihil probare dicerem, etiamsi alterutra vera scriptura esset. Nam ut *meretricem* si in archetypo fuisse statuimus, facile aliquis de partu Phronesii cogitans simulato *obstetricem* inserebat, ita hoc si exstabat, *meretricem* fingere poterat, qui iam peperisse mulierem reputaret. Iam etsi meretricem absurde commemorari, obstetricem vel ad puerperam et die lustrico apte accersi Buechelerus monet, eam tamen recte Spengelius negat hoc loco dici posse, quia sic non versu demum 92 de partu Diniarchus quaerere deberet. Sed ne Buechelerus quidem *obstetricem* retinuit, sed utrumque vocabulum ab interprete additum esse ex ipso librorum dissensu colligens transpositis vocabulis additaque *et* particula et *tu* ante *femina*, non post *unde* omisso proposuit:

mala fémina es et únde tu es olés eam disciplínam.

At vix puto *Archilinem* nomen ignotum spectatoribus aliquo caruisse epitheto. Acutissime vero ipse coniecit Bergkius eandem esse Archilinem cum *tonstrice Sura*, quam II, 4, 51 et IV, 4, 3 Phronesium nominat, quae IV, 3 cum Callicle inquirente in scaenam prodit. Quocirca cum *tonstricem* necessario restituendum sit, nonne *tricem* tantum syllabas in archetypo apparuisse et in utraque recensione male suppletas esse maxime consentaneum est? Sed illud cum probe Buechelerus animadverterit, *eam* pronomen in A servatum aegre tolli et quovis modo recuperandum esse, nescio an ita versus constituendus sit:

tonstrícem. Mala tu's fémina, oles eam únde 's disciplínam.

Huic loco adiungam versum II, 2, 63, ubi non modo *ceteris* in utroque pariter fonte corruptum ex *illecebris* esse satis probabilis Kiesslingii coniectura est[14]), verum etiam in quo discrepant vocabulo, *ornamentis* P, *hortamentis* A, eodem revocandum erit. Nam cum nec *ornamentis* tueatur Poenuli locus I, 3, 16 quem Goellerus attulit 'iam et ornamentis meis et sycophantiis Tuum exornabo villicum' et *horta-*

---

14) l. s. s. p. 629, cf. E. Boeckel, Exerc. Plaut. Carlsr. ed. a. 1872 p. 12 sqq.

mentis, quod nusquam praeterea usurpavit Plautus, propter ipsam notionem ('*Ermahnungen*') non quadret ad meretricem stimulatricem, clare hac Ambrosiani interpolatione confirmatur quod dudum ex Palatinorum scriptura Meursius Goldastusque elicuerunt *blandimentis, oramentis*: quae vox quamquam ex analogia, non ex auctoritate stabilienda est, illustratur quodam modo *exorabulis* vocabulo cum *blanditiis* I, 1, 6 coniuncto, quod item ἅπαξ εἰρημένον dici potest; nam quod idem apud Apuleium usu venit, hunc ipsum Plauti locum sine dubio ille expressit.

Sed priusquam alia communis depravationis communisque originis vestigia in utraque recensione apparentia persequar, quae certius opinionem Bergkianam corroborare videntur discrepantias recenseam et ipsas quoque aliter explicari oportere demonstrem.

Ac versu quidem II, 1, 35 (p. 133) ubi nemo iam dubitat quin praeter rationem Ambrosianum Spengelius secutus sit[15]), *rusticus* cum aperta vocis *agrestis* interpretatio sit ex versu II, 2, 8 arcessita, ad librarios grammaticosve, non ad histriones talem dissensum pertinere vides nec magis commemorandum esse quam quod II, 4, 27 *Iam laúta's? Phr. Iam pol míhi quidem atque oculís meis* (p. 138) Ambrosianus et cum eo Spengelius in Phronesii responsione *lauta* supplens *iam pol* particulas accommodatissimas expulit, vel quod II, 2, 23 *perpetem totam* A habet (*perpetim* P) commode omissum a Bergkio. Nam illa exempla II, 1, 35 et II, 4, 27 in eo tantum differunt ab II, 2, 23, quia metrum non repugnat; quare iterum Bergkius omisit Ambrosianum versu II, 1, 36 repugnante metro *probus amator* pro *probus dator* ex versibus II, 1, 20 et 25 adscivisse. Quae cum ita sint, ne tenuissima quidem dubitatione iniecta etiam duobus ante versibus *demum oggerunt* pro *demus danunt* Palatinorum scriptura ex versibus I, 2, 10 et 16 in Ambrosiani contextum se insinuasse iudicabimus[16]) vocesque priscas

---

15) *Vélut hic est aduléscens qui habitat híc agrestis rústicus* A, *Velut híc agrestis ést adulescens qui híc habet* P; cf. praeter alios Kiesslingius l. s. s. p. 628, Studemundus '*Festgruss d. philol. Ges. zu Wuerzb.*' p. 47.

16) *osclum amicae usque oggerit* et *etiam ultro ipsi aggerunt ad*

easdemque allitteratione insignes ab eius qui Palatinorum archetypum exararit manu profectas esse eo minus concedemus Buggio[17]), quia etiam quo loco eandem idem rationem iniit I, 2, 79 fefellisse eum opinionem videbimus. Tam constanti autem consuetudine quoniam Ambrosianum ex similium locorum comparatione interpolatum esse collustravimus, etiam quod II, 4, 33 *gratulor* exhibet pro *gaudeo* sine ulla haesitatione cum Fleckeiseno removebimus[18]), nisi quod non tam ex interpretatione quam ex versus II, 6, 35 recordatione transfusum esse dicemus. Quem contra quae Dziatzko disputavit perversa utitur ratione: nam non ex ipsius opinione, sed ex condicione critica de versus scriptura decernendum ei erat[19]). Idem quod *quid id est?* Phronesii quaestionem in continuando sermone usitatissimam adeo pressit nescio an ipse concedat inanius leviusque esse; *primumdum* autem illud, quod quo spectet non vidit, simplicissimam explicationem habet: nam si reapse partum ediderat Phronesium, primum amico congratulandi officium fuerat usque eo inter alios sermones a Diniarcho neglectum[20]). Denique non satis cogitate Dziatzko attulit partem versuum in P omitti idque facile

---

nos; cf. Pseud. v. 812 *herbasque oggerunt* et Cistell. I, 1, 72: *ad satietatem usque oggerit.*

17) l. s. s. p. 407: '*dass danunt später eingesetzt sein kann, zeigt truc. I, 2, 79.*'

18) Ann. phil. t. CIII (a. 1871) p. 810 '*nimmermehr wäre gratulor durch gaudeo glossiert worden, wol aber lag das umgekehrte nahe*'.

19) Mus. Rhen. t. XXIX (a. 1874) p. 55: '*seiner* (i. e. Fleckeiseni) *Vertheidigung von gaudeo stimme ich um so weniger bei, als ich den ganzen Vers für interpolirt halte*'. Porro parum accurate de Fleckeiseni sententia rettulit ('*Fleckeisen nimmt an der erwähnten Widerholung ebenfalls Anstoss, räth aber nur ja nicht II, 6, 35 zu streichen*'), qui tantum abest, ut offendat in repetitis locutionibus, ut recte in sollemni formula id haud vituperandum esse declaret.

20) l. s. s. '*Phronesium soll nach V. 31. 32 noch nicht wissen, was Diniarchus mit seiner Frage meint! Worauf soll sich ferner das an so hervorragender Stelle befindliche Primumdum beziehen? . . . Die Verse 33a, 34a und 34b haben sich nur im cod. A erhalten, worin man wohl ein Zeichen sehen darf, dass ein Theil obiger Verse ursprünglich am Rande der Handschriften gestanden hat*'.

inde repeti posse, quod ex margine demum quaedam irrepserint: namque versum 33a *Quid id est? Primumdum quom tu es aucta liberis* ob simile cum antecedente initium *Quod tu hic* mero errore intercidisse inde patet, quod servatur versus *Quomque bene provenisti salva gaudeo*; qui autem praeterea desiderantur versus in P *Concedite hinc vos intro atque operite ostium. Tu nunc superstes solus sermoni meo's* ante versum *Tibi mea consilia semper summa credui*, eos ne ipse quidem Dziatzko pro interpolatis habet. Nimirum aegre quodam modo nec sine quadam exspectatione felicitationem Diniarchus pronuntiat, ut protinus amica sentiat non ex animo ei natum esse illud *gaudeo*; itaque ancillas dimittit, ut ostentata confidentia simplicem adulescentis mentem perstringat ac denuo capiat.

Unus iam restat locus difficillimus I, 2, 79:

Amanti si quid non danunt non didici fabulare P
Amanti si cuiṅ quod dabo non est non didici fabulari A.

Spengeliana scriptura ne ipsi quidem auctori satisfecit, nec Kiesslingius l. s. s. p. 626 locum absolvere conatus est, nisi quod ab Ambrosiano omnem emendationem repetendam esse demonstrare studuit; Muellerus autem l. s. s. p. 681 desperandum esse dixit de versu restituendo. Iam Bergkius duos olim versiculos exstitisse et alterius alteram partem in Ambrosiani verbis latere suspicatur, neque tamen qualem sententiam ita animo informaverit significavit, ut satis vana sit suspicio. Mihi autem in ipso demum Ambrosiano licenter mutata esse verba tanquam digito monstrare videtur 'n' littera postea expuncta. Nam quod *cui* (= *qui*) in A, *quid* in P exstat, non refert quia haec perpetua codicum discrepantia est in ablativo pronominis indefiniti describendo[21]). Iam vero cum ita incohatum sit in A:

21) Velut I, 2, 36 *qui* A, *quid* P, sim.; *si qui* autem h. l. respondere graeco εἴπως propterea moneo, quia Maehlyum video vertisse '*wenn gewisse Liebhaber nicht spenden*' 'Bl. f. d. bayer. Gymn.' t. IX (a. 1873) p. 118. Etiam v. IV, 4, 1 *Blitea et luteast meretrix, nisi quae sapit in vino ad rem suam* aptius *nisi qui* repones, quam *nisi quid*, quod Seyffertus Stud. Pl. p. 31 proposuit *quae* stare non posse perspiciens.

amanti si qui n[on danunt, *scilicet*]

librarius ex loco II, 1, 31 *si negat se habere quod det* (cf. I, 1, 57) temere intulit

(quod) da(bo) non (es)t

ac voluit sine dubio:

Eo dicta lingua dulcia datis, corde amara facitis
Amanti, si inquit 'quod dabo non est'.

Itaque etiam hic locus prorsus ad eam rationem accedit, quam in ceteris enarravi. Simul autem artificiosior Buggii coniectura corruit

'Amán me?' si quod dábo non est non dídici fabulári[22]).

Quae illud praeter alia incommodum habet, quod molestam in versibus sese excipientibus verbi *fabulari* repetitionem nec tollit nec tolerabiliorem reddit. Hanc cum post alios Maehlyus removeret, soloecum invexit *non didici quidem adulari* verba *amantis si qui non danunt* cum veteribus quibusdam criticis languidissime adnectens versibus:

In mélle sunt linguaé sitae vostrae átque oratiónes,
Facta átque corda in félle sunt sita átque acerbo acéto,
Amántis si qui nón danunt.

Neque quod collato Mercatoris versu 147 Goellerus adscivit *non didici philosophari*, loco mederi visum est. Contra alter Mercatoris versus 508 adhiberi posse dudum mihi visus est, quo efficimus

Amántis si qui nón danunt — non dídici baioláre!

quod per notum illud ellipseos genus significat: 'nisi forte amatores aliquid praebent, (quid faciam? qui vivam?) non didici baiolare'. Quodsi recte loci sententiam ordinavi, Astaphio verba attribuenda esse vix est quod dicam; cuius responsum cum non possit non incipere a versibus:

Non ístaec, mea benígnitas, decuít te fabulári,
Sed istós qui cum geniís suis bellígerant, parciprómos,

his ipsis subiungendum erit illud

---

22) Cf. l. s. s. p. 403: *'ihr habt mich gelehrt nur mit einem geschenke in der hand zu euch von liebe zu reden'*.

Amántis si qui nón danunt, — non dídici baioláre,

cum facillime et *baiolare* in versus exitu cum *fabulari* permutari et facta hac permutatione versus etiam loco moveri per librarii errorem potuerit. Quamquam ne *baiolare* quidem scriptura nunc mihi satisfacit, propter similem Alciphronis locum Epist. I, 36, 3: qui quamnam habeat vim postea apparebit p. 31 sq.

Sed etiam hunc qui in libris antecedit versus dignus est, qui accuratius quam adhuc factum est tractetur:

Eo dicta lingua dulcia datis corde amara facitis A,
Linguis dicta dulcia datis corde amare factis P.

Haec verba Maehlyus l. s. s. eicienda esse dixit ut apertissimum glossema versuum I, 2, 76 sq.:

In mélle sunt linguaé sitae vostrae átque orationes
Facta átque corda in félle sunt sitae átque acerbo acéto.

Concedo post hos versus venustissimos satis languidam illam repetitionem esse, sed tam facili negotio eam removeri posse nego. Nam et quod caesura versum carere Maehlyus dixit non recte recitasse videtur, neque dicendi genus per se vulgaris interpretamenti speciem prae se fert. Atque illud iam Buggius monuit Philol. t. XXXI (a. 1871) p. 359 ob allitterationem oppositionemque inter *lingua* et *corde* quaesitam verba eo quem P exhibet ordine collocanda esse. Sed graviora restant. *Eo* enim in versus principio P omittit, ut trochaicus numerus exsistat, neque improbabile est particulam in A ad conectendas sententias adiectam esse. Quod ut per se in utramque partem disputari possit, exeuntis versus discrimen rem ad calculos vocat. Quo cum P *factis* praebeat pro *facitis*, hanc quae levissima esse videtur discrepantiam nequaquam neglegemus, si reputaverimus ineptissime dici *corde facere* aliquid. Etenim *corde consultare* vel *agitare, volutare, vorsare aliquid* locutiones usu veniunt, *corde facere* et ab usu et a verborum notione abhorret. His igitur momentis perpensitatis ex cod. P ad octonarium trochaicum deducimur sic fere reformandum ac pro versuum antecedentium loco parallelo declarandum:

Língua dicta dúlcia datis córde amara fáct[a agitat]is.

Praeterea monendum est in editione Spengeliana pro *Linguis* codici B *Ainguis* per errorem tribui. Alioqui aut ex versus in libris insequentis principio *(Amantis)* antecepto repeti, aut ad denotandam Astaphii personam A referri poterat, cui cum Spengelius Studemundusque versus 80. 81 vindicandos esse intellexerint, nos versum 79 (= 82) adiecimus. Cf. v. 35 *A quia*, 62 *A Dum*, 64 *A qui potis* in B (*quia, dum, qui potis* CD); II, 6, 24 *A peperit*, *A rogas* D[b] (*peperit, rogas* cet.). Hanc vero Astaphii notam quod ST fuisse ex corrupto quem putavit loco IV, 2, 42 elicere, quam aperta librorum vestigia respicere Geppertus[23]) maluit, silentio praeterirem, nisi illud ipsum ex quo ST effecit *si* in Plauti verba reducendum esset. Haec enim librorum scriptura est:

Redin an non redin si uocat me que (quae CD) in me
potest plusquam potest.

Geppertus Spengeliusque ex parte Camerarii Goellerique inventis usi scripserunt:

Rédin an non redís? Ast. Vocat me quae ín me plus
quam tú potest,

neque quisquam animadvertisse videtur cum vocatam non esse ab era Astaphium tum omne acumen adimi responsioni ancillulae dicacissimae. Immo cum acerba irrisione obicit: 'redibo, sed non ad te redibo, verum si alii vocant, quibus me addixi'. Quocirca mutationibus lenioribus ac paene nullis reddendum est poetae:

---

23) '*Plaut. Stud.*' I. Berl. 1870 p. 104: 'ST *ist die Chiffer der Astaphium, wie aus der Vergleichung von IV, 2, 42 (743) mit IV, 2, 14 (715) hervorgeht*' cet. Ceterum in B etiam I, 2, 1 praefixam ὰ· notam esse ex Hinckii testimonio video, itemque I, 2, 25 post *agis*, I, 2, 28 ante *Quid*, I, 2, 69 ante *Quã*, cum I, 2, 48 mediis illius verbis, I, 2, 30 autem, itemque I, 2, 50. 52. 55 mediis Diniarchi perperam inseratur. Denique II, 1, 1 ZΛSTRΛPHIVC· praemittitur, IV, 3 autem ὰ Diniarchum, B Calliclem, C et Θ ancillas designant. Itaque ὰ nota duabus in diversis scaenis personis pari modo in Truculento tribuitur atque in Trinummo (cf. Ritsch. ed. II p. LV): neque tamen ad eundem utriusque personae actorem sumendum trahi potest. Sed facile fieri potuit, ut Δ (Diniarchi nota) cum A (Astaphii) confunderetur.

Rédin an non redis? Ast. Sí vocat me qui ín me pote
plus quam potes.

Sed ut ad eum unde profectus sum locum redeam[24]) sic iam ille redigendus erit:

I,2,74 Ast. I intro: haút alienus tú quidem's: nam ecástor
neminem hódie
Mage amát corde atque animó suo, si quídem habes
fundum atque aédis.
Di. In mélle sunt linguaé sitae vostrae átque oratiónes,
Facta átque corda in félle sunt sita átque acerbo
acéto.

---

24) Astaphii acerbitas etiam altero eiusdem scaenae loco a librariis editoribusque obscurata esse mihi videtur, versibus IV, 2, 32 sqq. Non moror nec Spengelii restitutionem nec Seyfferti Philol. t. XXVII (a. 1868) p. 468 sq. improbatas a Muellero l. s. s. p. 733 de loco desperanti. Praemitto nihil certius esse quam post versus 28 sq.:

De eó nunc bene sunt (sum *cum libris Spengelius,* sumus *vulgo*) tuá
virtute. Di. Méane ut inimicí mei
Bóna istic comedint? mórtuom hercle mé quam id patiar mávelim,

statim insequi Astaphii verba v. 32:

Quì ínvident, egént: illis quibus ínvidetur, í rem habent;

duo vero qui interponuntur versus meram amplificationem continent ex loco simili illatam: in quibus cum libri exhibeant:

Mihi inimicos inuidere quam me inimicis meis
(Nam ínvidere alií bene esse, tíbi male esse míseriast),

male priorem versum ita supplerunt editores, ut *Malim* praemitterent transpositis *inimicos mihi* et *inimicis me*; immo ex *meιſ* extrema voce contra concinnitatem addita *malĭ* = *mavelim* eliciendum nec quidquam transponendum est. Iam vero quae in libris secuntur post v. 32:

Stultus quid est aperire quid iam quia pol mauelim
Non licet do obsoni me participem fieri

sic constituenda sunt:

Stúltus es qui dés tua! Di. A! periei! Ast. Quíd iam? Di. Quia
pol núllu' sum,
Neí licet quod do ípse opsoni mé participem fíeri.

Nam ex verbis *qui invidentur, i rem habent* sequitur eam esse Diniarchi stultitiam, quod rem suam eis quibus iam invidet comedenda dederit: quod cum summa impudentia et insolentia Astaphium obiciat, exclamat *a, perii!* ad desperationem redactus. *mauelim* pro *nullu/um* ex prioribus irrepsit; versu 34 *donati opsoni* Spengelius, *quod opsonatumst* Buggius l. s. s. p. 416 proposuerunt.

[Língua dicta dúlcia datis córde amara fácta agitatis.]
Ast. Non ístaec, mea benígnitas, decuít de fabulári,
Sed istós qui cum geniís suis bellígerant parciprómos:
Amántis si qui nón danunt, — non dídici baioláre.
Di. Malá's atque eadem quaé soles inlécebra. *cet.*

Satis igitur apparere puto etiam hunc locum adeo non comprobare Ambrosianum Palatinosque diversa referre histrionum exemplaria, ut communis utrique recensioni interpolatio contrarium potius evincat.

Denique — ut leviora omittam[25]) — ad maiores gravioresque corruptelas in eodem utriusque archetypo nitentes illud pertinet versus II, 1, 14—16 ex consimili alius cuiusdam comoediae loco huc intrasse, quod tam luculenter Fleckeisenus detexit, neminem ut contradicturum esse putem. Quibus alia adiungenda erunt, si quis quam vere idem de versuum II, 1, 13—34 interpolatione latius patente suspicionem movit, peculiari opera pertractaverit[26]).

Sed quae ex utriusque fontis discrepantiis difficultates nascuntur cum sperem fore, ut hac quam instituimus disquisitione aliqua ex parte sublevatae sublataeque sint, ipsa fontium depravatio non desinet criticorum ingenia exercere. Ad molestas autem in ipsis verbis restituendis dubitationes quaestiones, accedunt intricatissimae de pristina fabulae forma, de lacunis maioribus minoribusque, denique de ipsa poetae compositione[27]). Quae quidem quaestiones ut saepe etiam ad singula constituenda magni sunt momenti ac ponderis,

---

25) Velut quod I, 2, 83 uterque fons *nam* et *te* habet pro *num* et *me* a Spengelio repositis, vel I, 2, 101, ubi *abeo* pro *adeo* continent, vel II, 2, 11, ubi *ego* delendum esse Fleckeisenus vidit l. s. s. t. CI p. 783 et post eum Boeckelius l. s. s. p. 20 (antea *enim* Spengelius, *me* Dombartus removebant); cf. I, 2, 90; II, 1, 23. Sed talia non sufficiunt.

26) l. s. s. p. 851, ibid. t. CIII (a. 1871) p. 818. Versus 20 et 25 locos esse parallelos Buggius vidit l. s. s. p. 407: sed restant alia.

27) Cf. Kiesslingius l. s. s. p. 612.

ita ipsae absolvi non possunt nisi singulis diligentissime perpensitatis ac pertractatis.

Huius vero rationis veritatem non semper satis perspectam habuisse homines doctos iam liceat exemplis nonnullis comprobare.

Ac primum quidem quaestio inicitur de contaminatione quam volunt fabulae. Eam enim et Ladewigius sibi persuasit a poeta institutam esse et Dziatzko ab omni dubitatione exemtam autumavit[28]). Quanquam quas attulerunt rationes non sufficere iam Goetzius meus demonstravit in dissertatione nuper edita[29]).

Sed antequam ad contaminationem proponendam[30]) descenderent, ante omnia quaerendum erat, numquid explorari posset de graeco quod Plautus secutus esset exemplari, quod vix adhuc perstrinxerunt atque attigerunt. Nam Ladewigius nihil proposuit, nisi contaminatam esse Truculentum ex fabulis, quarum altera simile cum Menandri Thaide argumentum continuerit, altera Ἄγροικος quaedam fuerit. Nimis autem vagatur Bergkii opinio Plautum mediae quam dicimus comoediae fabulam expressisse dicentis[31]). Quid

---

28) Ladewig '*Ueber den Kanon d. Volc. Sed.*' p. 33 sq., Dziatzko l. s. s. p. 61 sq. ('*zum Schlusse sei es gestattet kurz auf die unzweifelhafte Contamination des Truculentus einzugehen*').

29) '*Dittographien im Plautustexte*' in Act. soc. phil. Lips. t. VI (1876) p. 320 sq. Hanc dissertationem a me cum ea qua mihi digna esse videtur laude commemorari fas non est propter summam quae mihi cum auctore intercedit familiaritatem. Sed illud non dissuadet, sed suadet amicitia ut praedicem in conquirendis eis quae hic illic dispersa homines docti de Truculento disputarint adiutabilem illum et vere amicam mihi operam praestitisse.

30) De contaminationibus in universum probare me confiteor quod A. Spengelius dixit *Eos* t. II (a. 1866) p. 113.

31) l. s. s. p. 141: '*Wenn, wie Cicero berichtet, Plautus gerade am Truculentus besonderes Wohlgefallen fand, so erklärt sich dies wohl hauptsächlich daraus, dass das Stück eine fast ganz selbständige Arbeit des Dichters sein wird, offenbar noch in höherem Grade als der Pseudolus. Benutzt ist natürlich auch hier ein griechisches Lustspiel, und zwar wohl gerade so wie im Pseudolus ein Drama der mittleren Komoedie, was schon eben deshalb nur eine sehr freie Bearbeitung gestattete*'. Cf. Mus. Rhen. t. XX (a. 1865) p. 290, thes. 48.

enim? Si Plauto ut dicit ille necessario ea immutanda erant, quae propria essent ipsi mediae comoediae generi, quo tandem initio ac fundamento talis sententia constituta est[32])? Certiora in hac re unus quod sciam Gustavus Schmitzius statuere ausus est in dissertatione 'de actuum in Pl. fab. descript.' Bonnae ed. 1852. Qui cum ipsam Menandri Θαΐδα fontem esse poneret, nescio an cuiquam eorum persuaserit, qui cum eo olim disputarunt[33]); eis quae in ipsa dissertatione p. 27 protulit, vereor ut rem probarit. Qui quod argumenti similitudinem excitavit, verum est in utraque fabula meretriculam introduci, quae 'cum homines mira qua pollebat blandiloquentia ad se allexisset, neminem tamen constanti amore prosequeretur, sed illud unice spectaret, ut quos callidissimis fraudibus et venustatis illecebris irretiisset, pecunia emungeret et emunctos excluderet' (Meinekii sunt verba):

θραϲεῖαν, ὡραίαν δὲ καὶ πιθανὴν ἅμα,
ἀδικοῦϲαν ἀποκλείουϲαν, αἰτοῦϲαν πυκνά,
μηδενὸϲ ἐρῶϲαν, προϲποιουμένην δ' ἀεί.

Sed in Thaide plures etiam varii generis amatores prodiisse quam in Truculento concludendum est ex Propertii loco, quem totum ex Menandri fabula expressum esse Meinekius agnovit, V (IV), 5, 42 sq.[34]):

Nec te Medeae delectent probra sequacis
— Nempe tulit fastus, ausa rogare prior —
Sed potius mundi Thais pretiosa Menandri,
Cum ferit astutos comica moecha Getas[35]).

---

32) Nam quod 'Strabacis' nomen poetam graecum fortasse ob filium quendam eius indidisse putat, quem Iphicrate iubente Athenienses in civitatem adsciverunt, nihil apertius esse potest quam ad denotandam squalidam horridamque amatoris figuram nomen illud respicere.

33) Thes. adn. dissert. II: 'Plauti Truculentus expressa est e Menandri Θαΐδι [sic!]'.

34) Cf. id. II, 6, 3 sq.:

Turba Menandreae fuerat nec Thaidos olim
Tanta, in qua populus lusit Erichthonius.

35) Non profecto miraturus essem siquis contaminationis sectator ex hoc loco Thaidem adhibitam esse concluderet et contaminationis vestigium remansisse in versu illo II, 7, 23 qualis ante Spengelium circumferebatur:

In mores te verte viri: si cantica iactat,
  I comes et voces ebria iunge tuas.
Ianitor ad dantes vigilet: si pulset inanis,
  Surdus in obductam somniet usque seram.
Nec tibi displiceat miles non factus amori,
  Nauta nec attrita si ferat aera manu,
Aut quorum titulus per barbara colla pependit,
  Caelati medio cum saluere foro.
Aurum spectato, non quae manus adferat aurum.

Ceterum vel illud vix probabile est famosissimum meretricis nomen Plautum siquidem transferendam sumeret fabulam temere mutasse[36]). Quod autem Schmitzius dicit Thaidis fragm. III: τὸν μυὸϲ ὄλεθρον proverbii scilicet loco usitatum 'non prorsus dissentire a Phronesii verbis IV, 4, 15 persimilia de se loquentis,' illud persimile quod non prorsus dissentit proverbium sic explicatur: διὰ τὸ ἀπορρεόντων τῶν μυῶν μελῶν θνήϲκειν αὐτούϲ. Εἴρηται δὲ ἐπὶ τῶν ἀπράκτωϲ ἀποθανόντων[37]). Iam si Phronesii verba comparamus:

Iubeo vos salvere. Noster Geta, quid agis, ut(i) vales?

Sed ineptissimum esset nomen quod metrum arguit stare non posse poetae fabulas contaminanti tribuere non minus quam diasceuastae cuidam cum Bergkio l. s. s. p. 129 'est' inserente. Locum autem quem Seyffertus St. Pl. p. 13 Buggiusque l. s. s. p. 413 cl. Cistell. IV, 2, 58

Iúbeo vos salvére. Et nos te Cúame, quid agis, út vales?

scripserunt, simplicius etiam ita sanari puto:

Iúbeo vos salvére. O noster Cúame, quid agis, út vales?

Cf. Ter. Ad. V, 5, 2 sqq.:

Quis homo? ó Syre noster, sálve: quid fit, quíd agitur?
. . . . . iam núnc haec tria primum áddidi
Praetér naturam: 'o nóster, quid fit? quíd agitur?'

Corruptela autem sic orta est, ut dispesta a *cua me* syllaba (cf. librorum scripturam II, 7, 30 cum Kiesslingii emendatione l. s. s. p. 618) ineptum quod videbatur pronomen expungeretur. Iam ex CHIA (cf. II, 7, 28; IV, 1, 4) quam facile GETA notissimum servorum nomen a librariis effici potuerit manifestum est.

36) A Plauto adderem adhibitam esse Thaidem non posse, quia Afranius eam in usum converterit (cf. Ter. Eun. prol. v. 33 sq.), si certius de Afranii fabula iudicium esset; cf. Ribbeck. Com. R. fragm. p. 207 ed. II, Ritschel. Parerg. p. 142.

37) Diogen. VI, 66. Cf. Aelian. N. A. XII, 10; Apostol. IX, 28

Cógitato mús pusillus quám sit sapiens béstia,
Aétatem qui uní cubili núnquam comittít suam[38]),

nihil commune est locis nisi — ridiculus mus.

Denique quod Schmitzius ad lacunas Truculenti explendas non sine fructu aliquem Thaidis fragmentis uti posse voluit, praeter hoc proverbium et locum quem supra ex prologo exhibui nihil relictum est ex celeberrima fabula nisi πτωχότερον κίγκλου dictum, μέταυλοϲ vox, postremo sententia generalis etiam Euripidi attributa: φθείρουϲιν ἤθη χρήϲθ' ὁμιλίαι κακαί.

Iam vero in indagando graeco exemplo ansam praebere poterat quod eiusdem nominis militi[39]) apud Menandrum

---

(ἐπὶ τῶν κατὰ μικρὸν ἀπορρεόντων καὶ ὑπεκχωρούντων τοῦ βίου); Mant. Proverb. II, 25 (εἴρηται δὲ ἐπὶ τῶν ἡσύχων).

38) Versum qui sequitur in libris omisi, quia nec Bothium nec Spengelium, nec Muellerum nec Dombartum, nec Buggium nec Seyffertum verum vidisse puto, cum eum corrigere studerent. Sic codices:

quia si (quasi CD) unum odium (odium *om.* CD) obsidiator aliũ perfugium gerit.

Iam ex *odium* cum Camerario omnes *ostium* effecerunt satis mire tribuentes 'aedibus' murinis. Sed quoniam CD vocem omittunt, numquis dubitabit, quin per errorem in B irrepserit, si monuero proximum versum ab *odium* (pro *otium* tradito) incipere? Iam quod restat

quia si unum (*sc. cubile*) obsideatur, aliud (*sc. cubile*) perfugium gerit

(simplicissime *erit* scripseris; nam 'perfugium gerere' dici nequit, ut 'opem gerere' sim.) aperte nil continet nisi versus qui antecedit molestam explicationem, nec iam operae pretium habeo demonstrare quae adhuc prolatae sunt a viris quos nominavi versus formationes ad unam omnes habere quo displiceant.

39) Ceterum non equidem dubito quin in ipsa Truculento alter miles gloriosus ex fabulis Menandreis famosissimus commemoretur. Nam ubi Stratophanes in scaenam prodit II, 6, 1 sqq. cum exstet:

Scío ego multos mémoravisse mílites mendácium:
Ethomeronidam et post illam illi memorari *potest*
Qui ét convicti et cóndemnati fálsis de pugnís sient,

versu 4 recte et Bothius *potis* et Muellerus l. s. s. p. 389 *postilla mille* (*post illum multi* Spengelius) restituerunt; sed in versus principio omnibus fere criticis oculos perstrinxit, quod 'Homeri' nominationem odorarentur; quibus suo iure opposuit Geppertus l. s. s. p. 64 nihil huc quadrare ex Homero. Nam vel qui excogitavit quod Fleckeiseno eorum

partes fuisse in Cικυωνίῳ ex versu colligitur apud Photium v. Cτρατοφάνη servato. Hanc nominis communionem iam alii animadverterunt nihil tamen inde efficientes. At ipse versus ubi nomen exstat, etsi corruptus est, animos nostros excitare debet:

Cτρατοφάνη, λιτόν ποτ' εἶχες χλαμύδιον καὶ πελαενα.

Ac primum quidem statim in mentem venit non paenulam quidem, χλαμύδιον, sed pallulam, χλανίδιον, etiam in Truculento Stratophanem afferre II, 6, 55 sqq.:

Méa voluptas, áttuli eccam pállulam ex Phrygiá tibi.
Téne tibi. Phr. Hocin mihi ób labores tántos tantillúm dari!

Haec autem vocabula saepius inter se confusa hoc loco propter Cτρατοφάνης nomen proclive erat permutari: velut apud Alciphronem Epist. I, 38, 8 Vindob. A χλανίδιον intulit pro χλαμύδιον, quia in eadem epistula praecedit χλανίδιον (sic Meinekius ex Flor., ceteri χλανίσκιον) τὸ λιτὸν τοῦτο καὶ δημοτικόν. Menandri autem loco quam bene λιτὸν epitheton eadem ratione cum χλανίδιον coniunctum vilissimi muneris contemptum fastidiumque significare possit quivis facile sentiet. Iam in versus fine si recte Toupius παῖδ' ἕνα restituit — et speciosam sane coniecturam approbarunt Meinekius atque Naberus falso Porsono eam tribuens [40]) — apud

---

saltem quae proposita essent maxime consentaneum esse videretur, Buggius l. s. s. p. 410, concedere coactus est, si secum scriberemus

Ét Homeri Iliadam (Oiliadam *Fleckeisenus*) ét post illa mílle m. p.

non satis accuratam Homeri memoriam esse. Quare cum aliquid tamen mutandum sit, quid tandem illa tanta cum religione conservanda sunt, quae non quadrant? Nam equidem meo mihi iure ex *th . . . onidam* litteris concludere videor non alium hoc loco exstitisse militem nisi qui ἀλαζόνων princeps et antesignanus ipsum nomen huic novae comoediae personae stabilivit: *Thrasonidam* ex Menandri Misumeno. Cuius Stratophanes 'amicam visens' aptissime meminit, quia ille vanae iactationis gloriationisque iterum iterumque 'convictus' acerrimo ab amica odio ipsaque exclusione 'condemnatus' erat, quod caput et summam fabulae celebratissimae fuisse scimus. Itaque scribendum:

Ét Thrasonidam ét postilla mílle memorarí potis.

40) Sed cogitari saltem etiam alia possunt, velut νάρδινα quae

Menandrum puerum praeterea adduxisse miles videtur, cui Plautus rem exaggerans duas ancillas substituit II, 6, 49 sqq.:

. . . . addúxi ancillas tíbi eccas ex Syriá duas.
Ís te dono. [addúce hoc tu istas. séd istae reginaé domi
Suaé fuere ambae, vérum earum pátriam ego excidí manu.
Ís te dono.] Phr. Poénitetne té quot ancillás alam
Quíne examen [41]) súperadducas, quaé mihi comedínt cibum?

Itaque versu illo [42]) apud Menandrum amica donorum vilitatem exagitasse videtur eorumque memoriam revocasse militi, ubi in extrema fabulae parte amantes donis muneribusque amorem invicem captant.

Quamquam de hoc Menandri loco iudicium animi pendebit, nisi aliis rationibus Truculentum cum Sicyonio cohaerere approbare nobis contingat. Quare gravissimum iam

---

affert Stratophanes (cf. Antiphanes [Com. Gr. t. III] 18, 2: μέλλει δὲ cυνθείc coι φέρειν Τὰ κινναμώμινα ταῦτα καὶ τὰ νάρδινα) Truc. II, 6, 58:

Ét iam nihili péndit purpuram (*i.* χλανίδιον). éccum ex Arabiá tibi
Ádtuli tus, Pónto amomum: téne tibi voluptás mea.

Sic enim egregie post Muelleri Fleckeisenique conatus Buechelerus l. s. s. p. 572 loci sententiam restituit, neque metri gratia 'éx Arabia eccúm tibi' verba collocanda esse Brugmanus l. s. s. p. 21 persuasit; sed ob codicum vestigia nescio an pro *nihili* ab Valla inducto *nummi* praestet (*num mali* libri; *nummuli* non licet); quod etsi alias non exstat, tamen quidni aeque ac 'flocci pendere' dici potuerit 'nummi pendere' non video, cum 'nummus' saepissime significet minumum pretium (cf. Brix. ad Trin. v. 844). 'Addit' autem post 'pendit' traditum quod Fleckeisenus vituperavit in emendationibus neglectum esse l. s. s. t. CIII p. 813 facile oriri poterat ex dittographia syllabae (PE)NDIT: ADDIT.

41) *quot ancillas alam* Spengelio debetur, *quine examen* Hauptio Herm. t. III p. 229, *verum earum* Muellero p. 600 cum Seyfferto Philol. t. XXIX p. 411. Verba autem *is te dono* et *adduce tu istas* (cf. v. 60) cum ineptissime repeti Usenerus perspexerit Ann. phil. t. CIII p. 814 eis non tam lacunam misere expletam esse cum illo crediderim, quam verba *sed istae reginae domi* — *excidi manu* ita aliunde adscita esse, ut repetitum illud *is te dono* interpolationis ambitum indicet.

42) Etiam illud notandum est septenarium ex graeca fabula sic ad scaenam referri a Plauto item septenariis conscriptam. Naberus enim praeter necessitatem per Λιτόν senarium indicat contra Meinekii descriptionem.

proferam: inscriptionem utriusque fabulae accurate sibi respondere. Quod autem Sicyonium idem designare contendo ac Truculentum nemini subabsurdum esse videbitur qui in memoriam revocarit nomen illud in proverbium abiisse. Hoc Suidas attigit s. v. et Macarius explicat VII, 62: Cικυώνιοc ἐπαπέδυ· ἐπὶ τῶν τολμηρὸν μέν τι ποιούντων, οὐδὲν δὲ ἀνυόντων — ecce habes Truculentum nostrum [43]) 'perpetuo commutatum.' Idem vero significare alterum proverbium Macarius VII, 63 tradit: Cικυώνιοc δραπέτηc, ubi cum δραπέτηc ad servum provocet, Harpocrationis testimonium accedit ad Menandri Sicyonium spectans p. 143: ὁ πολλάκιc ἐμπολῇ μεταβεβλημένοc παλίμπρατοc παλίμβολοc λέγεται, ὡc δῆλον ... ἐκ τοῦ Μενάνδρου Cικυωνίου. Eadem Photius habet; cf. Eustathius p. 725, 82. Ac poterat per παλίμβολοc vocem Astaphium male dicere servo truculento. Proverbiorum autem illorum usum etsi haud male Paroemiographorum editor ex comoedia derivandum esse suspicatur, tamen natum profectumque esse puto a facto aliquo Sicyoniorum inconstantiam ac truculentiam declarante, praesertim cum non unus Menander 'Sicyonium' composuerit.

---

43) Vernacula lingua nomen aptissime reddideris per '*Der Polterer*' ('*der tolle Hitzkopf*' Rostius, '*der Grobian*' Binderus inscripsit, '*Courtisanenstreiche*' Rappius). Ceterum de Sicyonio tanquam truculento testimoniis novum fortasse de coniectura addere licebit ex Alciphronis Epist. II, 4, 19 loco lacunoso, quo Glycera Menandrum hortatur, ut eas ad Ptolemaeum afferat fabulas, quae maxime Dionysum eius iuvare possint: εἴτε Θαΐδα εἴτε Μιcούμενον εἴτε Θραcυλέοντα εἴτε Ἐπιτρέποντας εἴτε Ῥαπιζομένην εἴτε Cικυώ[νιον] * * * ἀλλ' ὅτι καὶ ἐγὼ θραcεῖα καὶ τολμηρά τίc εἰμι τὰ Μενάνδρου διακρίνειν ἰδιῶτιc οὖcα. ἀλλὰ cοφὸν ἔχω cου τὸν ἔρωτα καὶ ταῦτ' εἰδέναι δύναcθαι. Ita Seilerus locum exhibet, quem hiare et sententia indicat et codices variis post Cικυω(ν) spatiis relictis. A Florentino profectus Meinekius supplevit: εἴτε Cικυώ[νιον εἴθ' ὅτι] οὖν ἄλλο. τί δέ; ἐγὼ θρ. κτέ. Sed hoc supplemento εἴθ' ὅτι οὖν ἄλλο plane tollitur quod sententiae vim efficit certas Glyceram fabulas eligere ac discriminare. Iam vero Macarii verba si respicimus ἐπὶ τῶν τολμηρὸν μέν τι κτέ. non potest non movere animum illud ἐγὼ θραcεῖα καὶ τολμηρά τιc post ipsius Sicyonii commemorationem iniectum; unde in Sicyonii temeritate cum ipsius temeritate comparanda amicam lusisse conicias, ut ipsae librorum turbae simul ex repetito Sicyonii nomine explicentur.

Accedit autem quod ipsa Sicyonis oppugnatio in Plauti Curcul. v. 394 sq. ex graeco nimirum exemplo commemoratur. Quod cum iam Droysenus[44]) observaverit Usenerus addidit non sine certa ratione in Pseud. v. 993 sqq. 1098. 1174 Sicyonis mentionem inici. Itaque sive illa tempora quibus Sicyone expugnata (a. 303 a. C. n.) urbs translocata et in Demetrii honorem, quem ὡς κτίστην venerarentur (Diod. XX, 102; Paus. II, 7) vel 'Demetrias' appellata esset[45]), ansam praebuisse sumimus, sive alia subesse quae nostram vel meam certe notitiam fugiunt, illud stabit manebitque quo Menander tempore scripsit aliqua de causa Sicyonem Sicyoniorumque truculentiam ab Atheniensibus recenti memoria agitatam esse.

Iam igitur ad Menandri Sicyonium ut revertamur Stratophanis Stratullacisque personis quas recuperavimus tertia Astaphium addenda est. Nam Suidas v. ἅβρα ex Sicyonio profert:

[καὶ] ἅβραν γὰρ ἀντωνούμενος
ἐρωμένην αὐτῇ μὲν οὐ παρέδωκ' ἔχειν,
τρέφειν δὲ χωρίς, ὡς ἐλευθέρᾳ πρέπει.

His versibus quibus scribendis explicandisque non una difficultas offertur quamquam nihil respondet in Plauti fabula, ipsius tamen ἅβρας, faveae, delicatae, quam συνεχῶς πεμπομένην, περίκουρον, τιμιωτάτην τῶν θεραπαινίδων[46]) vocant,

---

44) Cf. Droysen., *'Gesch. d. Hell.'* t. I p. 507 adn.; Usenerus in Symb. phil. Bonn. *'Nachtr. z. Gesch. d. att. Theat.'* p. 592.

45) Cf. Droysen. l. s. s. p. 438 sqq. 503 sqq.

46) Summo honore cum etiam Astaphium penes Phronesium floreat ex uno loco corruptissimo critici acriter eam increpari ab era effecerunt. Nam adveniente II, 6, 19 milite ubi ancilla monet: *nunc tibi opust aegram ut te adsimules* Phronesium *Tace* respondet, dein sequitur:

Cui adhuc ego tu mala meam emonet ruria me malficio uinccrest,

unde Spengelius effecit: *Scío ego hoc. tu malum mé monitura's, mé malficio vínceres?* ac retento *me malficio vinceres* Fleckeisenus Ann. phil. t. CI p. 782 *Hui* ‖ *Quám ego — tu mala mé monitura's,* Buechelerus ibid. t. CV p. 572 *Quoí adhuc ego eram mónetrix, tu iam,* Maehlyus l. s. s. p. 120: *Quíd ego adsimulem mé monitura's.* Sed fateor

tamquam absolutissimum exemplum Astaphium habemus, quae hinc illinc cum ex comicorum fragmentis, tum ex Alciphronis epistulis Lucianique dialogis et consimilibus scriptionibus comperimus, omnia complectens. Ipsis autem quos exhibui versibus haud improbabile est de Calliclis filiae (ἐρωμένης, ἐλευθέρας) filiolo, quem χωρὶς τρέφειν illa tradidit, verba fieri; ac nescio an versus ex prologo Menandreo desumpti sint[47]).

Nunc vero fragmentum consideremus gravissimum apud Stobaeum Flor. LIII, 3 servatum:

Εὐλοιδόρητον, ὡς ἔοικε, φαίνεται
τὸ τοῦ στρατιώτου σχῆμα καὶ τὸ τοῦ ξένου.

---

mihi nec *me malficio vinceres* neque omnino tam vehementem invectionem loco reique satis videri convenire. Veri igitur similius morique Plautino convenientius visum est meretricem non de Astaphii monendi 'malficio' verba facere, sed de eo, quo ipsa militem tangere in animo haberet (cf. Pers. v. 843, Pseud. v. 382); quare ex

gotu malame[ame] mone[t] ruria me malficio uincerest

effeci:

certũ malam mone - ru-la-m eo malficio uincerest

vel aptius 'certumst — vincere', ut verba in versus principio

cui adhuc e = quid hoc ẽ?

militi tribuenda sint, qui antequam versu insequente diceret *peperit mulier, ut ego opinor* iam apparatum eius conspiceret. De monerularum malficio auri exspoliandi proverbii instar adhibito ad Ciceronem provocasse sufficiet pro Flacc. 31, 76: *non plus aurum tibi quam monedulae committebant,* cf. Plinius H. N. X, 29 (41): *cui soli avi furacitas argenti aurique praecipue mira est.* Praeterea cf. *mures edacitate vincere* Pers. v. 59, *cervom cursu vincere* Poen. III, 1, 27; Rud. v. 838, Bacch. v. 514. Itaque dederim:

Str. Quíd hoc est? Phr. Certumst málam monerulam eó malficio víncere!

47) In singulis construendis atque extricandis quae restant difficultates etsi coniectando removeri poterunt, nolim equidem hariolari in fragmento abrupto. Nam quod Meinekius — praeterquam quod καὶ delevit — ταύτῃ cum Clerico itemque τρέφει et ἐλευθέραν cum Dobraeo reposuit, nequaquam sufficit; quare in eo subsistendum erit, ut moneamus verba qualia habemus intellegi non posse, sed satis planas continere cum Truculento rei similitudines.

Gravissimum dico fragmentum quia non modo τοῦ ξένου notitiam sponte ad Strabacem referimus, verum etiam clarissime inde cognoscimus errasse Ladewigium Dziatzkonemque, qui a Plauto demum Strabacis partes cum Stratullace per contaminationem in fabulam introductas esse opinarentur[48]. Haec enim tertii amatoris, Diniarchi, verba esse apparet, ubi in scaenam prodiens, ut miles quid rei agat certior fiat, de novo amatore ab Astaphio comperit.

Hucusque omnia ad optimum concentum consensumque revocantur: nam etiam meretricis partes fuisse in Sicyonio cum per se veri simile est tum ex Harpocrationis adnotatione consequitur p. 17: Ἀναίνεσθαι· κοινῶς μὲν ἀρνεῖσθαι, ἰδίως δὲ ἐπὶ τῶν κατὰ τοὺς γάμους καὶ τὰ ἀφροδίσια (sc. ἀναινομένων) λέγεται[49]. Μένανδρος Σικυωνίῳ. 'Negat' autem Phronesium et Stratophani et Diniarcho.

---

48) Dziatzko autem quod dicit l. s. s. p. 62: '*die Scenen, in welchen der Truculentus und sein Herr auftreten, lassen sich ohne allen Schaden für die Oekonomie herausnehmen, nämlich II, 2, III, 1. 2, wozu noch II, 1, 35 ff. hinzukommt*', id verum non esse ipse evicit cum addat: '*Sonst findet der dritte Liebhaber der Phronesium nur noch im ersten Theil von IV, 2 und in der Schlussscene von V. 22 an Berücksichtigung.*' Nam his ipsis ubi 'praeterea' memoratur locis simpliciter removeri nequit. Denique quod adicit: '*Ja in II, 3, 15 ff.* (Nescio quem praestolatast: credo militem q. s.), *wo Diniarchus eine falsche Vermuthung ausführlich ausspricht, scheint sich ein direkter Beleg dafür erhalten zu haben, dass im griechischen Original Din. nur einen Nebenbuhler hatte,*' id me plane non intellegere fateor. Nam cum Diniarchus tum maxime ab Astaphio militem iam adfuturum esse compererit, facilis et prona eius suspicio est. Sed accedit quod dicit 'credo militem', ut nihilominus posse etiam alium praestolatam esse ancillam ipse innuat.

49) Apte hoc graeci verbi usu Publilii Syri sententia illustratur v. 532 R.: *Quae vúlt videri bélla nimis nullí negat,* ubi Nauckius assentiente fere Ribbeckio *nulli placet* mutabat. Sed *nulli negat* confirmat v. 351: *Multís placere quaé cupit, culpám cupit.* 'Culpam' enim proprie de rei venereae abusu adhiberi, sicut nos de ea potissimum usurpamus '*seine Unschuld verlieren*', praeter posteriorum scriptorum locos (v. Lex.) Plautus docet Poen. V, 4, 13: *eo sumus gnatae genere, ut deceat nos esse a culpa castas;* Men. 768: *Et illi quoque* (dote fretae, feroces) *haud abstinent saepe culpa;* cf. Stich. 78, 84. Ac similem de probri vocis usu observationem Brixium video facere ad Mil. gl. v. 364. Hinc nova

At illud quadrare non videtur, quod parasitum non defuisse militi cum Meinekio et Prellerus in Paulyi Encyclopaedia v. Menander et Lorenzius in Append. ad Mil. glor. p. 250 ex Pollucis verbis IV, 119 p. 420 collegerunt, ubi parasitos docet nigra vel pulla veste in scaenam prodiisse πλὴν ἐν Σικυωνίῳ λευκῇ ὅτι μέλλει γαμεῖν ὁ παράσιτος. Verum neque infringi inde coniecturam nostram neque eo puto refugiendum esse, ut adeo non contaminasse Plautum dicamus, ut resecuerit potius 'parasitum' ex corpore Menandreo[50]:

---

ni fallor lux affulget Trinummi v. 647: *tu fecísti ut difficilis foret Cúlpa maxime ét desidia tuísque stultis móribus*; ubi semper me male habuit quod cum Bothio et Ritschelius et Brixius *maxime* (quod libri habent cum A) in *maxima* mutarunt. Nam praeterquam quod satis languidum videbatur *culpa maxima*, eius ipsius culpae designationem, quae Lesbonico 'maxima' erat, desiderabam. Nihil igitur mutandum, sed ex illorum locorum ratione explicandum erit.

50) De Alexidis parasitis cf. Meinekius Fragm. Com. t. I p. 402; III p. 477 sq. Bernhardyus Hist. litt. t. II, 2 p. 685 ed. III. Casu quodam illatus est parasitus in Truculentum III, 2, 9 sqq.:

Novos ómnis mores hábeo, veteres pérdidi.
Vel amáre possum vél iam scortum dúcere.
Ast. Lepidé mecastor núntias: sed díc mihi
† Habent *parasitum et* fortasse dicere
Ast. Intéllexisti lépide quid ego dícerem.
Str. Heus tú, iam postquam in úrbem crebro cómmeo
Dicáx sum factus: iám sum caulatór probus.

Versu 12 nullis machinis ex 'parasito' iocum elici iam consentiunt critici. Sed neque quod Geppertus scripsit et defendere ausus est l. s. p. 76:

Habén — Str. *peniculum té* fortasse dícere

ferri potest, neque quod Seyffertus voluit Philol. t. XXVII p. 465:

Habén tu — Str. *pretium té* f. d.

vel quod in eandem sententiam Spengelius:

Habén *paratum* Str. *aes té* f. d.

Nam Geppertianum illud nequaquam 'dicebat' Astaphium, in his autem nulla inest 'lepida dicacitas.' Requirimus igitur quam illa intendit pecuniae designationem talem, quae lusum verborum simul contineat. Unde in mentem mihi venit an forte scripserit poeta (omisso ut Poen. V, 2, 44 *te* pronomine pro *et* ab Italis substituto):

Habén — Str. παράστασιν fortasse dícere?

Haec enim vox et ἐπιθυμίαν, ὁρμήν significat (cf. Menand. fragm. inc. XII c. adn. Meinekii) et drachmam, quam in lite contrahenda depone-

immo reputandum erit alteram eiusdem nominis fabulam exstitisse Cικυώνιον Alexidis. Ad hanc igitur eo libentius Pollucis locum adplicabimus, quia in parasitis maxime describendis Alexidem novae comoediae praeivisse constat.

Reliqui ex Menandri fabula qui excitantur loci, hi sunt: primum ὅμοιος ὁμοίῳ proverbium notissimum a Plauto redditum V, 47 *par pari respondet*[51]), tum versus qui cum item in proverbii consuetudinem descenderit, et omisso auctoris nomine apud Diogenianum exstat V, 83 et apud Stobaeum ex Philemonis Enchiridio affertur:

Κακὴ μὲν ὄψις, ἐν δὲ δειλαῖαι φρένες.

Sed quoniam Suidae Photiique disertum testimonium Menandri Sicyonio versum vindicat, non est quod de hac re dubitemus, praesertim cum simile Stratullacis convitium sit Astaphio ingestum II, 2, 39 (cf. v. 13 sqq., 34 sqq.):

Búccas rubricá, creta omne córpus intinxtí tibi:
Péssumae estis!

Unum postremo restat fragmentum intricatius ex Suida v. ἀγγαρεύεσθαι:

Ὁ πλέων κατήχθη· κρίνεθ' οὗτος πολέμιος·
ἐὰν δ' ἔχῃ τι μαλακόν, ἀγγαρεύεται.

Talis cum subesse videatur sententia, qualem Bentleius enucleavit p. 58 (488 ed. Mein.) 'si quis peregrinus in portum defertur, iudicatur hostis et suppellex si quam secum detulit fisco damnatur', haud inepte conicias non proprie adhibita esse verba, sed translata ad damna a meretricibus contracta,

---

bant, quo sensu usitatissimo ipse item Menander adhibuit Μισογύνῃ fragm. VII. Quam ambiguitatem qui Stratullacis partes ageret ita insignire potuit, ut dextrae digitis numerandi gestum faceret sinistro simul brachio Astaphium artius complectens. Confirmat autem hanc sententiam quae sequitur facetia ex 'cavillatione' 'caulibusque' repetita (i. e. testibus, cf. Bothii adn.), qua Plautus expressisse videtur, quod graecus poeta in eodem verbo consistens per παραστάτας ludere pergeret. (cf. Platon. com. Phaon. frg. II v. 13 M.).

51) Schol. Platonis p. 375 Bk.: μέμνηται δὲ αὐτῆς — καὶ Μένανδρος Σικυωνίῳ. Cf. Plaut. Merc. v. 629; Pers. 223.

ut Plautus hoc ad res Romanas transtulerit versibus I, 2, 39 sqq. ipsis quoque obscurioribus:

Ast. An tú te Veneris públicum aut Amóris alia lége
Habére posse póstulas, quin ótiosus fías?
Di. Illa haút ego habuit públicum: pervórse interpretáris;
Nam advórsum legem me ób meam scriptúram pecudem cépit.
Ast. Plerique idem quod tú facis faciúnt rei[52]) male geréntis:
Ubi nón est scripturam únde dent, incúsant publicános.

His disputatis cum satis probabilis videatur quam inter Truculentum Sicyoniumque statuimus rationem, periculum faciendum erat, num ex incertis Menandri fragmentis essent quae ex Truculenti comparatione Sicyonio vindicari possent. Ac fatendum est quod certam veritatis speciem praebeat exstare non videri. Quamquam fragm. CXXXIII:

Νῦν δ᾽ ἕρπ᾽ ἀπ᾽ οἴκων τῶνδε· τὴν γυναῖκα γάρ
τὴν σώφρον᾽ οὐ δεῖ τὰς τρίχας ξανθὰς ποιεῖν

negari non potest quodam modo attingere versus II, 2, 31 sqq. multo tamen vehementiores tumentioresque:

Abire hinc ní properas grandí gradu
Iam hércle ego istos fictós compositos críspos cincinnós tuos
Únguentatos úsque e cerebro evéllam.

Itemque ad fabulae partem, qua Phronesium introit satis lauta totaque florens ac nitide nitens pertinere possit fragm. CCXLI:

Λελουμένη γὰρ ἡ ἑταῖρα[53]) καὶ διαφανὲς
χιτωνάριον ἔχουσα.

---

52) Cf. Kiesslingius l. s. s. p. 624.

53) ἡ ἑταῖρα, hoc accentu exstans apud Eustathium, cum metri gratia ferri non possit, Bentleius Meinekio probavit scribendum esse ἡ 'τέρα; sed nescio an vox illa subiecti explendi causa adscripta expulerit sive verbum quoddam sive adverbium, velut φαίνεται (i. e. paret) vel (λελουμένη γάρ) τοι καλῶς vel tale quid.

Sed concedendum est tales rerum condiciones ad quas hi spectant versus etiam in aliis Menandri fabulis potuisse locum habere.

Neque illa sententiae similitudo satis magna est ad persuadendum, quae intercedit inter fragmentum LXXXII:

Οὐ γὰρ τὸ πλῆθος, ἂν σκοπῇ τις, τοῦ πότου
ποιεῖ παροινεῖν, τοῦ πιόντος δ' ἡ φύσις

et Truculenti versus IV, 3, 57 sqq.:

Nón vinum hominibús moderari séd homines vinó solent,
Quí quidem probí sunt: verum qui ínprobust, si urnás bibit,
Síve adeo carét temeto, támen ab ingenio ínprobust.

Quem locum ut non sine aliqua utilitate excitasse videar, liceat de eius emendatione paucis disserere. Ex Spengelii enim editione exhibui, qui *si urnas* de suo intulit pro *si quam si*, *hominibus* autem et *homines* in codicibus omissa cum Camerario Bothioque supplevit. Sed *si urnas bibit* eodem nomine improbandum est, quo Acidalii illud a Bothio receptum — cui ipsi falso attribuit Kochius Ann. phil. t. CVII p. 420 — *si aquam bibit Sive adeo scatet temeto*: nempe *adeo* particulam quo tendat sic non habet; idemque in Kiesslingii coniecturam cadit l. s. s. p. 640 vel a prosodia suspectam *qui íprobust cupam sí bibit.* Nemini vero satisfacturum esse confido neque quod Muellerus proposuit l. s. s. p. 344 *si est quod bibat* neque quod Kochius voluit *si combibit* satis utrumque ieiunum infirmumque. Iam vero ex *sive adeo* particulis quod pro *si quam si* requiri vidimus ut consequamur, deleto priore *si* male repetito vel ex dittographia *(e)st* voculae orto procul dubio scribendum est *guttam si bibit, sive adeo caret temeto* (cf. Cas. II, 3, 31) eadem corruptela, qua II, 2, 54 ex 'uttu' (A) factum est *(s)uum* (ubi *s* accessit ex praecedente *violentus*). Porro et metro cogente et verborum collocatione commendante pro *verum qui improbust* reponemus *verum improbus quist* itemque[54]) non solum

54) Hae quidem mutationes quam ex vulgaribus librariorum erroribus paene nullae sint, vix monendum est.

metri, verum etiam concinnitatis cum emolumento *qui quidem probust* pro *qui quidem probi sunt.* Verum illud quoque miror, tam diu omnes in Camerarii supplementis acquievisse. Nam pro 'hominibus' a Plauto 'virum' adhibitum esse cum ob ipsam vocis notionem arridet huic sententiae accommodatiorem tum ob allitterationem cum 'vino' Plautinissimam: simul autem lucramur, ut per 'vi' syllabae frequentiam codicum detrimentum facillime explicetur. Itaque sic versus restituere conatus sum:

Nón vinum [viró] moderari [sólet], sed [vir] vinó solet
Quí quidem probúst: verum improbús quist guttam sí bibit,
Síve adeo carét temeto, támen ab ingenio ímprobust.

Sed ad Menandrum ut redeam vel incertior generalium sententiarum congruentia est, velut quod fragm. CCXCII:

οὐχ ὅθεν ἀπωλόμεcθα, cωθείημεν ἄν;

quodam modo concinit[55]) cum Truculenti versu IV, 1, 9:

Sálvos sum quia péreo: si non péream plane intérierim,

quam argutiam et alii scriptores in deliciis habent[56]) et ipse Plautus saepius usurpat[57]). Nec minus anceps est opinio quod fragm. CLXXXVIII:

---

55) Nam nimis arcte haec apud Suidam explicantur: ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν· φοβούμενοι γὰρ τοὺc ἐχθροὺc ὠφελούμεθα παρ' αὐτῶν.

56) Cf. Plut. Apophth. II p. 185 (= Themist. 29) ἀπωλόμεθ' ἂν εἰ μὴ ἀπωλόμεθα. Polyb. XL, 5 extr.: ἅπαντεc δὲ τότε τήν παροιμίαν ταύτην διὰ cτόματοc εἶχον, ὡc εἰ μὴ ταχέωc ἀπωλόμεθα, οὐκ ἂν ἐcώθημεν.

57) Cf. Asin. v. 244. 637. Hinc mihi sanari posse videtur locus difficilis Aulul. II, 2, 30:

Dí me servant, sálva res est, sálvomst si quid nón perit,

ubi cum verba *salvomst si quid non perit* recte cum Wagnero Vahlenus intellegi posse negarit, vel minus me intellegere fateor quod ipse excogitavit (Herm. t. X p. 460) *salvomst si quid conperit* sc. Megadorus. Immo quia nil ille compererat salva res erat ac perdita si quid conperisset. Accedit quod conservavit Vahlenus *salva res est, salvomst* eodem sensu molestissime iuxta se posita. Scribendum fortasse

Dí me servant, sálva res est, sálva mist quia nón perit

vel aptius etiam:

. . . . . sálvos sum quia nón perit.

Ἄνθρωπε, πέρυσι πτωχὸς ἦσθα καὶ νεκρός,
νυνὶ δὲ πλουτεῖς

non absimili fortasse ratione in Menandri fabula colocatum erat, quam qua in Truculento exstat I, 2, 62 sq.:

Ast. Dum vívit hominem nóveris: ubi mórtuost quiéscas;
Te dúm vivebas nóveram. Di. An me mórtuom arbitráre?

cf. ibid. v. 72 sq.:

Di. Non hércle ego oppido[58]) óccidi: sunt mi étiam fundi et aédis.
Ast. Quor óbsecro ergo ante óstium pro ignóto alienoque ádstas?[59])

Quae autem in Truculento post verba *An me mortuom arbitrare?* insecuntur in libris:

Qui potis [est] amabo planius? qui antehac amator summus
Habitus si (est CD) istunc ad amicam uerius uerimonia referre,

in eis Camerarius *meras querimonias*, *nunc* pro *istunc* Spengelius, denique *deferendi* pro *referendi* verbum Kiesslingius l. s. s. p. 625 certis rationibus restituerunt; sed nec *habitu's* nec *referres* (*deferres* Kiesslingius) quem iam Muellerus l. s.

Ac si cui argutum illud, quod ex proverbio de quo agimus inesse possit sententiae, Euclionis ingenio non satis convenire videatur, quam altero loco proposui scripturam etiam simpliciter accipias licet.

58) *ego oppido* praeclare supplevit Muellerus l. s. s. p. 681 (*totus* Bergkius l. s. s. p. 102, *ego omnino* Brixius Epist. ad Speng. p. 8 assentiente Kiesslingio l. s. s. p. 626) cf. Aulul. III, 1, 5: *totus doleo atque oppido perii.*

59) Sed non modo quem Spengelius attulit similis est Pseud. v. 248: *Mortuost qui fuit, qui est is vivost* multoque qui ibid. v. 309 sq. insequitur similior: *Atque ego te vivom salvomque vellem. Ps. Eho an iam mortuost? B. Utut est, mihi quidem profecto cum istis dictis mortuost. Ilico vixit amator, ubi lenoni supplicat*, verum etiam ipse Menander in Epiclero eadem ut videtur ratione usurpavit: τί δ' ἂν ἔχοι νεκρὸς ἀγαθόν, ὅπου γ' οἱ ζῶντες ἔχομεν οὐδὲ ἕν.

s. p. 615 reprehendit coniunctivum recipiendum esse puto, sed:

Qui pótis amabo plánius? qui antehác amator súmmus
Habitúst, nunc ad amicám meras querimónias deférre[60])!

Sed ideo hos versus exscripsi, quia ad novam tractationem nos perducunt. Etenim ut ea quae ex incertis Menandri fragmentis attuli ipse concessi plus minusve incertum esse num forte ad Plauti fontem pertineant, ita certa Sicyonii vestigia apud Alciphronem ex Truculento deprehendisse mihi videor.

Nam in Simalionis Petalaeque mutuis epistulis (I, 35. 36) non modo Simalioni eadem cum Diniarcho condicio est, τὸ πολλάκις ἐπὶ τὰς θύρας φοιτᾶν καὶ τοῖς πεμπομένοις πρὸς τοὺς εὐτυχεστέρους θεραπαινιδίοις ἀποδύρεσθαι (I, 35, 1; cf. 3): sed in Petalae epistula tam multa cum Truculenti locis concinunt, ut casui attribuere nequeas. Ac primum quidem ad verba *qui antehac amator summus Habitust, nunc ad amicam meras querimonias deferre* accedit: ἐγὼ δὲ ἡ τάλαινα θρηνῳδόν, οὐκ ἐραστὴν ἔχω. Porro cum versibus I, 1, 31 sqq.:

Priusquam únum dederis céntum quae poscát parat:
Aut aúrum periit aút conscissast pállula[61]),
Aut émpta ancilla aut áliquod vasum argénteum
Aut vásum ahenum ráptum aut cleptus léctulus[62])

---

60) Nimirum infinitivus est exclamationis quem non magis opus est exemplis illustrem, quam quod 'eum' pronomen post enuntiationem relativam omissum est vel quod Astaphium non ipsum adloquitur Diniarchum, sed per tertiam personam de praesente verba facit. Quas autem Seyffertus Philol. t. XXVII p. 461 ac Muellerus l. s. s. (cf. '*Nachtr.*' p. 19) mutationes protulerunt, iam ad irritum cadunt.

61) Cf. Kiesslingius l. s. s. p. 617, Muellerus l. s. s. p. 610.

62) In codicibus cum exstet *aut uasum ahenum aliquod aut electus* (*lectus* CD) *laptiles* cum Goellero transposuerunt *aut aliquod v. a.* Sed consideranti ceteris huius enuntiationis membris sua quibusque verba reddi ob ipsam repetitionis molestiam (*aliquod* : *aliquod* : *aliquid*) veri similius erit pronomen male suppletum verbum expulisse. Unde *raptum* scripsi coll. Pseud. v. 655 sq.: *Hostis vivos rapere soleo ex acie: ex hoc nomen mihist. Pol te multo magis opinor vasa ahena ex aedibus.* (Vi-

Aut ármariola graéca, aut aliquid sémper est,
Quod déferat dedátque[63]) amans scortó suo

apte conveniunt Petalae verba: νῦν δὲ δεῖ χρυσίων ἡμῖν, ἱματίων, κόσμου, θεραπαινιδίων, ἡ τοῦ βίου διοίκησις ἅπασα ἐντεῦθεν. Tum illum iam supra attuli consensum cum versu I, 2, 79, ubi cum dudum coniecissem

Amántis si qui nón danunt, non dídici baioláre (cf. p. 10 sq.)

confirmari haec mihi quodam modo visa sunt Alciphronis loco: ἐγὼ δὲ ἂν μή τις ὁ διδοὺς ᾖ, πεινήσω τὸ καλόν. Iam vero audeo vel propius ad haec verba accedens pro *fabulari* conicere:

Amántis si qui nón danunt, — non dídici fame farcíri!

Cf. similem traiectionem Capt. v. 466 *neque ieiuniosiorem nec magis ecfertum fame Vidi* itemque Aulul. II, 4, 32: *famem hercle utendam si roges, nunquam dabit*[64]).

---

deas etiam Poen. IV, 2, 40 sq. in ambiguo obscaenoque ludentem: *Facio quod manufesti moechi hic hau ferme solent ... refero vasa salva*). Iam versu exeunte cum Italos secuti correxerint *lectus dapsilis*, suo iure Kiesslingius l. s. s. p. 620 negavit hoc aptum esse lecto epitheton. Quare a cod. B scriptura profectus iterum verbum restituere ausus sum, primum facili pronuntiandi scribendique errore pro *cleptus lectulus* prodiisse *clectus leptulus*, dein *(e)lectus laptiles* depravatum esse ratus. Clepere et rapere autem cum etiam Pseud. v. 138 coniuncta exhibeantur, non te fugiet profecto quam lepide talia potissimum meretricum damna commemorentur, si Astaphii de adulescentium furtis rapinisque conquestiones (I, 2, 1—19) in memoriam revocaveris.

63) Italorum correctionem *quod pereat debeatque* (*quod petra debeatque* libri) optime Kiesslingius refutavit; sed et quod ipse voluit *quod expetat ematque* et quod Buggius proposuit l. s. s. p. 462 *quod dare debeat usque* — ubi *semper ... usque* quam induxit locutionem nequaquam defenditur Curcul. I, 3, 49 sq. *quo usque ... semper* — caret probabilitate. Ad ea quae restitui cf. Pseud. v. 259: *Heu heu, quam ego malis perdidi modis, Quod tibi detuli et quod dedi.* Ut *petra* ex *deferat*, ita II, 2, 24 ex *dari* (A) factum est *patri* in Palatinis, sim.

64) Cf. Stich. v. 163 sq. Ceterum ut his verbis Astaphium, ita in Asinaria Cleaereta meretricem sine donis datisque amantium vivere non posse inculcat, velut v. 521 sqq., ubi qui orationem eius claudit versus:

Hic dies summust apud me inopiae excusatio,

Harum sententiarum similitudo cum eo minus fortuita esse videatur, quia ex una eademque fabulae parte desumptae sunt, accedit locus ex altero quo Diniarchus introducitur actu (IV) cum Simalionis verbis congruens: ἕτερος ἂν λοιδορούμενος ἔγραφε καὶ ἀπειλῶν, ἀλλ' ἐγὼ δεόμενος καὶ ἀντιβολῶν. Cf. IV, 1, 12:

Quia nil habeo ...... omnia agam precario.

His verbis quae interponuntur in codicibus *unũ animoſ movi mihi* eis Spengelius dubitanter substituit *ut animos tollam* et *cum illa* pro *comnia* (sic B, *omnia* CD), Maehlyus *hoc unum animum movet*, Buggius *unde animum moveam illi.* Sed si non tam a corruptis codicum vestigiis proficiscimur et ex eis quid effici possit primo loco quaerimus, quam sententia quid requirat exploramus exploratumque quomodo librorum relliquiis accommodari possit indagamus — quae una in locis adeo conclamatis desparatisque probari via ratioque potest, contra quam dici nequit quam saepe peccent critici —, quoniam Diniarchus sibi 'precario' agendum esse dicit (δεόμενος), quia nil habeat, oppositionem desideramus (ἀπειλῶν), quid si rem teneret facturus esset. Iam si reputarimus quam saepe 'vi' et 'precario' ex adverso stent[65]), veri non dissimile erit in *unu* latere *uim*; tum vero pro *animoſ movi* scribendum erit *iam amovi* (per *anima movi* sic depravatum); et *mihi* quoniam locum iam non habet, feliciter accidit, ut in cod. B verae scripturae vestigium remanserit: dispesto nimirum *hī-c* prave *(mi)hi* suppletum est[66]), ut sic locus constituendus sit:

---

nemini eis quae nuperrimus editor hariolatus est probabiliorem speciem induisse videbitur. Siquid video non de excusanda, sed de excludenda agitur 'inopia' (cf. Rud. v. 617), ut reponendum sit

Híc dies summúst apud med: ínopia exclusást domo (*vel* foras).

Fidem conciliant v. 494 sqq., ubi cum Cleaereta consilium illud exsecuta sit, Arguripppus conqueritur *Mater supremum tua mihi dixit: domum ire iussit* Libanusque addit: *Homo hercle hinc exclusust foras.*

65) Cf. Ter. Eun. v. 319: *hanc tu mihi vel vi vel clam vel precario Fac tradas*; Cic. pro Caec. 31, 92: *nec vi nec clam nec precario possidere*; praeterea Rud. v. 733 *vi agis mecum,* Mil. glor. v. 453 sqq.

66) Ex syllabis male suppletis etiam Amphitr. argum. acrost. v. 9 depravationem repetam:

Quía nil habeo vím iam amovi hinc: ómnia agam precário.

In proxima autem scaena cum Diniarchus dicat: *Sine experiri* (v. 40), Astaphium tanquam si audivisset haec verba replicat: *Immo opperire: vís est experírier* [67]).

Sed praeter has Alciphronis epistulas etiam libri III epist. 50 ad Sicyonium respicere videtur: οὐκ ἀνέχομαι ὁρῶν Ζευξίππην τὴν ἱππόπορνον ἀπηνῶϲ τῷ μειρακίῳ χρωμένην. οὐ γὰρ δαπανᾶται εἰϲ αὐτὴν χρυϲίον μόνον καὶ ἀργύριον, ἀλλ' ἤδη καὶ ϲυνοικίαϲ καὶ ἀγρούϲ. ἡ δὲ ἐπὶ πλέον ἐκτύφεϲθαι τὸν ἔρωτα τούτῳ μηχανωμένη τοῦ Εὐβοέωϲ ἐρᾶν προϲποιεῖται τοῦ νεανίϲκου, ἵνα καὶ τούτου ϲπαθήϲαϲα οὕτωϲ ἐπ' ἄλλον τρέψῃ τὸν ἔρωτα. ἐγὼ δὲ ὀδυνῶμαι τὴν καρδίαν ὁρῶν ὑπορρέοντα τοϲοῦτον πλοῦτον, ὃν οἱ μακαρῖται αὐτῷ Λυϲίαϲ καὶ Φανοϲτράτη κατέλιπον. ἃ γὰρ ἐκεῖνοι κατ' ὀβολὸν ϲυνήγαγον, ἀθρόωϲ ἀναλοῖ τὸ πολύκοινον τοῦτο καὶ αἰϲχρότατον γύναιον. Hoc loco cum condicio universa ad Phronesium Diniarchumque quadrat — quod parum est — tum quae ad nimia amantium dona describenda adhibetur locutio ϲυνοικίαϲ καὶ ἀγρούϲ non potest non in memoriam revocare *sunt mihi etiam fundi et aedis; siquidem habes fundum atque aedis; euge fundi et aedis, per tempus subvenistis; nam fundi et aedis obligatae sunt ob amoris praedium* (I, 2, 72. 75. 84. II, 1, 4). Quod

---

Omnem rem noscunt, geminos Alcumena enititur.

Nequaquam licet cum Spengeliis (Philol. t. XVII [a. 1858] p. 562; T. M. Pl. p. 239) *geminos* eiciatur, ad quorum commemorationem argumenti summa tendat; sed si *geminos cum illa* substituimus (*geminos illa* Both., Fleckeis.), facile apparet suppletum esse *(Al)cumılla* (en supra scriptum).

67) Sed etiam v. IV, 1, 11 aliquid mutandum est:

Núnc speculabor, quíd ibi agatur, quís eat intro, quí foras
Véniat: procul hinc óbservabo, meís quid fortunís fuat.

Non observat enim Diniarchus quid fortunis suis fiat, cum nihil iam habeat, sed num forte fortuna quaedam prosperaque sibi se offerat occasio. Quare cum libri praebeant *miles quid fortunis fuat* reponendum erit *mi illi sí quid fortunaé fuat* ac deinde ut versus consistat non sine elocutionis emolumento *veniat* delendum misere ad *quis eat intro, qui foras* suppletum:

Prócul hinc observábo mi illi sí quid fortunaé fuat.

vero eadem ratione haec locutio apud Lucianum usurpatur Toxar. c. 15 [68]) suspicionem de Menandro expresso adeo non segregat, ut vel Lucianum ad Sicyonium spectare haud vana opinio sit. Nam praeter verba quae attigi: τὰ μὲν γὰρ δῶρα οὐ κατὰ μῆλα καὶ στεφάνους ἀντεδίδοτο αὐτῇ, ἀλλὰ συνοικίαι ὅλαι καὶ ἀγροὶ καὶ θεράπαιναι καὶ ἐσθῆτες εὐανθεῖς καὶ χρυσὸν ὁπόσον ἐθελήσειε. καὶ τί γάρ; ἐν βραχεῖ ὁ Λύσωνος οἶκος ὀνομαστότατος τῶν ἐν Ἰωνίᾳ γενόμενος ἐξήντλητο ἤδη καὶ ἐξεκεκένωτο, praeter haec igitur verba primum quidem ex eodem capite affero: καὶ ἐπεὶ ᾔσθετο πονηρῶς ἔχοντα καὶ διάβροχον ἤδη τῷ ἔρωτι καὶ τακερὸν γεγενημένον, ἄλλο ἐπὶ τούτοις ἐπενόει καὶ τὸν ἄθλιον ἀπώλλυε· κύειν τε γὰρ ἐξ αὐτοῦ σκήπτεται [69])· ἱκανὸν δὲ καὶ τοῦτο

68) Praeterea eandem apud eundem coniunctionem habes Epist. Saturn. XX, sed proprie, non de largis amantium donis usurpatam: εἰ μὴ τοὺς πλουσίους ἑωρῶμεν τοσαύτῃ εὐδαιμονίᾳ συνόντας, οἳ τοσοῦτον μὲν χρυσόν, τοσοῦτον δὲ ἄργυρον ἐγκλεισάμενοι, ἐσθῆτας δὲ ὅσας ἔχοντες, ἀνδράποδα δὲ καὶ ζεύγη καὶ συνοικίας καὶ ἀγρούς.

69) In cantico quo Phronesium hoc consilium explanat non pauca insunt, quae hoc loco accuratius exsequi non possum: duas enim recensiones coniunctas exhiberi puto v. 1—11 et 12—22, cum v. 23—28 utrique parti adnectendi sint; sed vel sic restant, quibus oratio amplificata esse videatur, velut v. 15 (cf. Kiesslingius l. s. s. p. 632, Fleckeisenus Ann. phil. t. CV p. 367) itemque v. 17. Versum autem 22 cum Fleckeisenus l. s. proscriberet, haud iniuria Kochius ibid. opposuit verba *quasi puerperio cubem* interpolationem vix redolere. Sed quod *gravida* ferri non posse in puerpera Fleckeisenus cum Muellero contendit nullis artificiis redarguitur. Quare cum nec Spengelii nec Seyfferti nec Kochii coniecturae sufficiant, nec Muelleriana (l. s. s. p. 396) cuiquam placuerit, ex librorum scriptura: *eumque ornatum ut gravida quasi puerp. c.* Buechelerus l. s. s. p. 571: *sumque ornata ita ut aegra videar q. p. c.* effecit acutissime. Nihilo minus aliam rationem admittendam esse puto ob locutionem paullo molestiorem *ita ut aegra videar quasi puerperio cubem.* Namque in tradita scriptura quoniam et *gravida* offendit et verbum desideratur, utraque simul removetur offensio, si mecum in *gravi(da)* perfectum quoddam latere suspiceris, *da* syllaba ut eadem ratione adiecta sit, qua II, 6, 55 cod. C pro *parigra* ex *Phrygia* corrupto substituit *pari gratia.* Itaque scribendum esse puto:

eumque ornatū mi adcuravi, quasi puerperio cubem.

Iam ne quis in eo offendat quod *adcuravi* induxi, cum versu demum 20 *adcuratam* exstet, hunc vel ob versum 28 pro interpolato habendum

βλᾶκα ἐραστὴν προσεκπυρῶσαι. Ante omnia vero commemoranda est haec amatae mulieris descriptio ex capite 13: δεινὴ δὲ καὶ τὰ ἄλλα τεχνῖτις, παρ' ἥντινα βούλει τῶν ἑταιρῶν ἐπισπάσασθαι ἐραστήν, καὶ ἀμφίβολον ἔτι ὄντα ὅλον ὑποποιήσασθαι, καὶ ἐνεχόμενον ἤδη ἐπιτεῖναι καὶ προσεκκαῦσαι ἄρτι μὲν ὀργῇ, ἄρτι δὲ κολακείᾳ καὶ μετὰ μικρὸν ὑπεροψίᾳ καὶ τῷ πρὸς ἕτερον ἀποκλίνειν δοκεῖν καὶ ὅλη συνεκεκρότητο ἁπανταχόθεν ἡ γυνὴ καὶ πολλὰ μηχανήματα παρεσκεύαστο κατὰ τῶν ἐραστῶν. Quae cum alias ex primis Diniarchi meditationibus redintegrant, tum hanc:

I, 1, 5: Quot amáns exemplis lúdificetur, quót modis
Pereát quotque exorétur exorábulis.
Quot illíc blanditiae, quót illic iracúndiae,
Sunt quót superbiménta: di vostrám fidem, hui!
Quid périerant, dum elíciant pretia, múnera! [70])

Ceterum in illa Alciphronis epistula III, 50 cum sagax Meinekii ingenium indagarit verba: εἰ γὰρ εἰς ταύτην ἅπαντα τεθείη τὰ προσόντα τούτῳ τῷ βελτίστῳ, καλῆς, ὦ θεοί, κα-

---

esse nemo infitias ibit. Breviter adiungam ex eadem fabulae parte v. II, 6, 45:

(a, nequeo caput)
Tollere ita dout itaque ego medulo (me dolo CD) neque eliam (iam CD) queo
(Pedibus mea sponte ambulare)

recte *dolet* Studemundum Spengeliumque restituisse, vix recte nec Spengelium *egomet dolui* vel *ego me crucio* nec Fleckeisenum l. s. s. t. CIII p. 811 *ego med uro*. Nam inter caput et pedes cum aptissime 'medulla' commemoretur, hanc vocem in *medulo* latere persuasum habeo, etsi ipse versus qui probabiliter refingi possit nondum enucleavi.

70) De horum versuum scriptura disputavi Act. soc. phil. Lips. t. II p. 458 sqq., ubi cum proposuerim *quot insuper lamentae* pro *sunt quot sui per clamanda,* iam ex librorum vestigiis vocabulum eruere ausus sum, quod ὑπεροψίᾳ responderet; (*eliciant*) *pretia* autem quod pro (*etiam*) *preter* substitui eo confirmatur, quod v. 7 codices *blanditer* exhibent pro *blanditiae.* Ceterum Maehlyum interim *pericla amanda* commendasse non afferrem nisi insulsam scripturam dudum in editione vulgatissima Taubmanno-Gruteriana exstare ne Lorenzius quidem (Bursian. '*Jahresber.*' a. 1873 p. 386) monuisset in ceteris apte demonstrans Maehlyum parum novisse hominum doctorum commenta.

λῶς ἀπολαύσομεν τῆς πλησμονῆς [71]) optimum continere trimetrum ex 'nescio quo poeta comico traductum', iam haud inepte et hunc quoque versum ex Menandri Sicyonio depromptum esse arbitrabimur et Diniarchi verba in comparationem adscribemus II, 3, 21 sq.:

Ut rém servare suávest! vae miseró mihi!
Postpártum flebo [72]), qui ántepartum pérdidi.
Verúm nunc siqua mihi óbtigerit heréditas,
Magna átque luculénta, nunc postquám scio
Dulce átque amarum quíd sit ex pecúnia:
Ita ego íllam [ede]pol servem ítaque parce víctitem,
Ut — núlla faxim cís dies paucós siet.

Haec habui de Menandri Sicyonio cum Plauti Truculento conferenda quae in medium proferrem. Ex quibus simul et illud apparuit contaminatam non esse Truculentum et illud vix certa ratione inniti quod Bergkius loco quem supra exscripsimus (p. 15) affirmat Truculentum omnium maxime suo ut dicitur Marte a Plauto compositam esse. Nam equidem non novi fabulam, in qua tam multa satis accurate ex graeco fonte expressa esse etiam nunc demonstrari possit.

Sed quod antea de incertis saepe iudiciis generaliter definitis monui singularum rerum accurata enarratio si desit, non minus de eis quaestionibus valet, quae ad ipsa poetae verba pertinent, quae eo cautiore opera pertractandae sunt, quo difficilior in hac potissimum fabula omnium corruptissima certa vel probabilis saltem contextus quem vocamus

71) καλὴν κ. ἀπ. τὴν πλησμονὴν Flor., unde Meinekius ἀπολάψομεν coniecit pro ἀπολαύσομεν; ceteri libri καλῶς κ. ἀπ. τῆς πλησμονῆς, quod retinui cum verbo ἀπολαύσομεν (ἀπολαύσομαι apud ipsum poetam forma fuerit); sed καλῆς corrigere, quam καλῶς duplicare malui.

72) *Postpartum* cum Spengelio Muelleroque l. s. s. p. 289 pro *post factum* reposui; sed in *flector* codicum scriptura nec *specto* (Spengelius) nec *sector* (Muellerus) nec *plector* (Geppertus cum Italis cf. l. s. s. p. 109) latere videbatur, sed *flebo* (*fledo* : *flecto*[*r*]) eodem temporis futuri usu adhibitum, quem post Teuffelium Brixius nuper explanavit ad Mil. glor. v. 395.

recensio est. Hoc iam quomodo intellegi velim locis de prologo primaque fabulae scaena decerptis ita probare liceat, ut omnino hae partes qui constituendae esse mihi videantur paullo uberius simul declarem.

Itaque prologum in fine potissimum mutilum esse cum pridem G. A. B. Wolffius de prol. Pl. p. 11, Osannus Anal. p. 180, alii dixerint, adeo fixa ac stabilita haec opinio est, ut Dziatzko l. s. s. p. 61 Spengelio quodam modo vitio verteret, quod ita versus 20 sq. constituisset, quasi narrationem clauderent [73]). Sed hoc per se tantum abest, ut vituperandum sit, ut contra quae sola fere prorsus sana sunt versuum corruptissimorum verba *Quid multa?* reapse abrumpi sermonem finirique indicent. Immo illud dicendum erat quam Spengelius sententiam extricavit:

Quid múlta? tris vicíssim pereunt múlierem:
His cum ánimo, dum habent, rés exenterábitur

locum non habere in fine, sed in principio argumenti, quo revera exstant, unde hausit scripturam, Arg. v. 1:

Tres únam pereunt ádulescentes múlierem.

Attamen et Muellerus eandem sententiam agnovit, nisi quod *vicissim* illud litteris non sensui accommodatum evitavit, et Buggius antea ei vel alias superinstruxerat mutationes Philol. t. XXXI p. 259; iam vero mutavit l. s. s. p. 401:

Quid múlta? tris, ut díxi, pereunt múlierem.

Atque Palatinorum archetypum post *Quid multa* detrimentum concepisse et cod. B ostendit cum quinque litterarum spatio

---

73) '*V. 20 f., welche die Handschriften in heillos verderbter Gestalt bieten (vgl. C. F. W. Müller a. O. S. 510 A. 1), sind von Spengel geistreich, aber meines Erachtens nicht richtig emendirt worden. Nach seiner Schreibung würden jene Verse die Argumenterzählung abschliessen, und Spengel nimmt auch an, dass nur eine kurze Anrede an die Zuschauer verloren sei. Enthielt der Prolog aber nicht mehr vom Argument, als er jetzt enthält, so war er allerdings ganz unnöthig; die vereinzelte im V. 18 enthaltene Notiz wäre dann sehr auffällig.*' Ceterum in proximis quod quinque, non duarum litterarum spatium post *Quid multa* in B relictum esse dixi H. Hinckii fidem secutus sum.

Stuic superet mulierc servans et CD omisso quod sensu careret *Stuic* novum a *Superet mulierẽ* versum incipientes. Quare id critico sectandum erit, ut medium versum expleat servatis quam maxime et fine et principio. Iam per *Quid multa?* conclusionem indicari si tenemus, quid aliud *superc& mulierc* esse dicamus atque *super ac* i. e. *super hac muliere*, ut in medio versu vel *Stuic* litteris satis conveniens olim *si quid restat* exstiterit? Quod si recte ut puto enucleavimus, etiam de versu qui sequitur paullo satius tutiusque statui poterit:

Hiscūm anima ad eum habentierceteritur

Collato enim Poenuli prol. v. 122 sq.:

Dehinc céterum
Quod réstat, restant álii qui faciént palam

non dubitabimus quin extrema vox orta sit ex compendio male intellecto *ceterū* (*ceterit̃* D); itemque ex aliorum prologorum similitudine *eum habentier* concludimus *iam hu(c qui) beniet* fuisse vel *iam (qui) aduenier*, ut *veniet* saltem et *iam* fere certa sint. Denique cum et adulescentis persona significanda sit ‘ceterum super hac muliere’ qui proferat et ipsum dicendi verbum eodem loco desideretur quo prior versus lacunam passus est, versus ad talem speciem refingo:

Quid múlta? si quid réstat super hac múliere,
Eccum amáns narrabit iam húc qui veniet céterum.

Haec igitur ni improbantur — ac probabiliora saltem videntur quam céterorum commenta —, nihil in ipso prologi fine desideratur, nisi sollemnis spectatorum adlocutio, velut:

Tantúmst: valete, adéste cum siléntio

vel tale quid.

Contra in eis quae antecedunt haud pauca intercidisse dudum ex v. 18 Kiesslingius l. s. s. p. 618 evicit:

Ea sé peperisse púerum simulat míliti.

Nam cum nihildum de milite dictum sit, cuivis facile apparet ita primam eius mentionem fieri nequire; itemque non solum de Diniarcho et Strabace agendum erat, sed ante omnia etiam de ipso puero supposito, quem Diniarchi ipsius filium

esse a Calliclis filia natum ex Romanorum more fieri non potuit, quin ad argumentum melius intellegendum per prologum cum spectatoribus communicaretur, quod recte iam Dziatzko perspexit [74]).

Accedit quod ante hunc versum 18 manifesta ni fallor interpolatio deprehenditur. Versibus enim 13—17 quae inest loquacitas etsi omnino aliena non est a prologis 'Plautinis', tamen talia qui scripsit:

Haec húius saecli móres in se póssidet:
Numquam áb amatore póstulat id quód datumst,
Sed rélicuom dat óperam, ne sit rélicuom,

eum studium quoddam nec invenustum impendisse collucet, ut acute arguteque sententiam distingueret, eundem vix ut cogitari possit haec quae admovit orationi lumina confestim exstinxisse superinfusis versiculis:

Poscéndo atque auferéndo, ut mos est múlierum;
Nam omnís id faciunt quóm se amari intéllegunt.

Ubi et 'poscendo atque auferendo' misere claudicat et cetera molestissime amplificant quod versu iam 13 continetur. Neque tamen his ipsis versiculis expulsam esse puto pristinam argumenti enarrationem, cum multo plura intercidisse necessario sumendum sit.

Alios versus (5. 10 sq.) Dziatzko l. s. s. p. 60 in suspicionem vocavit. Ac de versu 10 iudicium cum alia quaestione cohaeret, quam postea tractabimus, versum 11 autem quod et ob leporis fatuitatem suspectum reddit et ob similitudinem Men. prol. v. 72 sq. [75]), hae num sufficiant rationes inde diiudicandum erit, utrum Plauti sit hic prologus necne. Nam in prologis quales ex histrionum officina procudebantur, eas-

---

74) Quae cum ita sint pronomen in v. 18 principio nescio an corruptum sit, olim ut aut *ei* exstiterit, si de milite proxima fuerat notatio aut *eum*, si ad pueri suppositionem spectaverat; cf. I, 1, 70 sq., de quibus postea dicetur.

75) 'Tantísper, dum transígimus hanc comoédiam' sc. Athenis est in Truculento proscaenium, sicut in Menaechmis 'Haec úrbs Epidamnus ést, dum haec agitur fábula, Quando ália agetur áliud fiet óppidum' cf. Liebig. de prol. p. 39.

dem locutiones easdemque facetias tralaticias esse nemo ignorat. Iam haec acutissima Ritschelii ratiocinatio Parerg. p. 233 sq. erat: in eis prologis, quorum origo genuina extra dubitationem posita sit, Terentianis scilicet, quoniam nusquam ipsum poetae nomen exstet, sed 'poeta' dicatur simpliciter, contra in eis, quae certissimis rationibus a Plauto abiudicandi sint, Sarsinatis poetae nomen diserte memoretur, magnam inde suspicionem incidere, ubiubi nomen exstet, omnino genuinum non esse prologum. Hanc vero suspicionem ipsamque argumentationis Ritschelianae vim et gravitatem vix talibus ratiunculis imminui ac debilitari credideris, quales de Truculento Dziatzko excogitavit: v. 1—3:

Perpárvam partem póstulat Plautús loci
De vóstris magnis átque amoenis moénibus,
Athénas quo sine árchitectis cónferat,

cum per praesens tempus verba fiant, adstricte quodam modo demonstrari posse hunc locum Plauti genuinum esse [76]). Quid enim? Si vel sexcentesimam fuisse actionem statuimus, utrum dicendum erat prologistae 'olim perparvam partem Plautus postulabat' vel 'postulavit', an 'postulat partem' ad hanc scilicet, quam iam sive acturi sive relaturi sint fabulam?

Ceterum in his ipsis versibus mendum latet, quamvis pridem a Lipsio Ant. lect. V, 3 detectum itemque ex eius coniectura in Pareana altera [77]) sublatum sit. In codicibus enim cum pro *de uestris* traditum sit *deumeris*, Lipsius restituit:

De moeris magnis atque amoenis moenibus.

Contra quem Gruterus absurdius nil esse dixit quam 'muros' ibi poni, ubi statim sequantur 'moenia', Palatinorum autem

76) '*Ueb. d. Plaut. Prol. Allg. Gesichtsp.*' Luzern. a. 1867 p. 2: '*Desgleichen lässt sich nicht leugnen, dass die 3 ersten Verse des Truculentusprologes trotz der namentlichen Erwähnung des Dichters Nichts bieten, was sie irgend verdächtigen könnte: ja es kann das Praesens der Verba eher als positiver Beweis für ihre Echtheit geltend gemacht werden.*' Cf. Mus. Rhen. t. XXIX p. 60 (cf. 51 sq.) '*über V. 1—3 urtheile ich noch so, wie a. a. O.*'

77) In tertia retraxit Pareus Gruterianis convitiis obtemperans.

scripturam ex compendio *ũris* repetendam esse, quoniam *vestris* Apuleius cum Prisciano confirmet. At de priore argumento hodie vix est quod moneam nequaquam eandem murorum moeniumque significationem esse, ut frequentissima[78]) eorum coniunctio sit. Tum Palatinorum scripturam posse facillime ex compendio declarari nemo negabit: neque tamen ex Prisciani Apuleique auctoritate res confecta erit[79]), sed ex ipsius sententiae commoditate decernenda. Nam allitterationis lenocinium secundarium est. Iam si versum 6 respicimus:

Quid sí de vostro quíppiam orem? ábnuont,

oppositioni quaesitae aperte repugnat idem utrique loco pronomen adplicatum. Hoc vero incommodum quod sublato simul foedo hiatu Buechelerus l. s. s. p. 569 ita vitabat:

Quid sí de vostro quíppiam aere orem? ábnuont,

speciosum sane commentum ideo reiectaneum erit, quia oppositio attenditur non inter 'aes' postulatum et alias res, sed inter boni publici liberalem largitionem, privati (i. e. 'vostri') anxiam retentionem. Nullus igitur dubito quin priori loco egregie Lipsius *moeris* vindicaverit, alterius autem hiatui ita succurrendum est, ut aut *oret* (sc. Plautus) scribatur cum Muellero[80]) aut — quod mihi magis etiam arridet — *exorem*. Nam exorandi verbum non solum pro 'orando impetrare' usurpari, sed idem interdum significare,

---

78) Cf. Niebuhrius hist. Rom. II, adn. 80; Doederlinius '*Latein. Synon. u. Etym.*' t. V p. 350. 352. Et veterum scriptorum et nostratium interpretum locos permultos cum alii congesserunt tum Forbiger ad Verg. Aen. II, 234.

79) Id cum penes idoneos rei arbitros non egeat adprobatione, nihilominus afferre liceat quod maxime in promptu est exemplum: quod eodem loco Priscianus ex Truc. I, 2, 2 exhibet *abeat* cum CD consentiens, nemo puto prae cod. B scriptura *a(b)baetat* recipiet.

80) l. s. s. p. 536, ubi coll. Capt. v. 479. 481 praeterea de *atque abnuont* cogitat neglegens illic non ipsum responsum cum quaestione per *atque* conecti, sed verba *inquam — atque tacent, abnuont.* Propterea autem *exorem* praefero, quia versu interposito inter hunc et v. 1—3 *me* pronomen exstat, ut veri simile non sit ad tertiam personam (*postulat*) per *oret* redire orationem.

quod 'expetere', 'exoptare', semel etiam 'exobsecrare' Asin. v. 246, cum alii loci docent tum qui unus sufficit ad persuadendum Stich. v. 70 sqq.:

Éxorando, haud ádvorsando súmendam operam cénseo:
Grátiam si páce petimus, spéro ab eo impetrássere,
Ádvorsari síne dedecore et scélere summo hau póssumus.
Néque ego sum factúra neque tu ut fácias consiliúm dabo,
Vérum ut exorémus: novi ego nóstros, exorábilist.

Ob ipsam autem notionem patet quam prona horum verborum permutatio fuerit.

Iam vero duo ex prologo loci restant difficillimi ac prope desperati, quorum arcte comprehendenda tractatio est. Versu enim 5 cum exstet:

Melior me quidẽ uobis me abiaturum sine mora,

dici nequit quam male foeda haec librorum depravatio criticos habuerit. Qui quae excogitarunt enumerare longum est, quoniam nemo assecutus est quod aut ceteris aut sibi ipsi etiam satisfaceret[81]). Permira autem ratione usus Dziatzko versum interpolatum esse sibi persuasit ex *melior* dicens vix aliud quam *meditor* effici posse idque ineptum esse[82]). At hercle non video quid inde consequatur lenissima correctura quod efficimus quae nec poeta edere potuit nec interpolator vel ignarus paene sermonis latini: nam verbi *meditor* cum infinitivo futuri coniungendi artificiosissimum vitium esset, quo qui quis delabi possit me certe fugit. Quodsi iterum a sententia, non a litteris proficiscimur, primum quoniam locum poeta postulaverat Athenas quo conferat, *ablaturum* iam ab Italis illatum falsum esse apparet et *adlaturum* potius scribendum. Sed promiserat se conlaturum esse 'sine architectis' quod quorsum trahendum est, nisi ut ore, non re se transportaturum oppidum esse intendat? Numqui ergo

81) Cf. praeter editores Seyffertus Philol. t. XXVII p. 461 (Luchs-Studem. Stud. p. 49), Kiesslingius l. s. s. p. 618, Buggius l. s. s. p. 401.

82) l. s. s. p. 60: '*Aus dem* melior *der Handschriften wird man kaum etwas Besseres machen können als* meditor. *Dieses aber im Sinne von 'gedenken, vorhaben' mit dem acc. c. inf. zu verbinden ist unmöglich*' cet.

dubium erit, quin *ore* lateat in *orme*? Cetera incertiora sunt nec revocari possunt nisi ad sententiae, non ipsorum verborum conformationem. Nam cum et obiectum desideretur et verbum unde infinitivus pendeat, *meli* fortasse *urbĕ* erit, *quidem vobis* autem voces nescio an prave suppletae sint, *uobis* fortasse ex eius quod requirimus verbi (an: *huc dico*?) quadam corruptela. Sic ni fallor versiculo:

Urbem óre [quidem] huc dico me ádlaturum síne mora [83])

id genus facetiarum inficetiarumve restituimus, quo prologista 'Plautum affert lingua, non manu' vel 'illuc redit, unde abiit, atque uno adstat in loco' vel 'pontem interrupit qui erat in itinere, ne adulescens redeat in comoedia.'

Sed in loco indicando quo comoedia agatur cum tali ratione prologista ludat, in animum inducere vix possumus id plane neglegi, ubi deinde missis ridiculariis 'qua ventum erat gratia' suscipit argumentum ordine enarrandum. Quare vel hoc nomine displicent quae de versu 10 a Dziatzkone temere proscripto coniecturae propositae sunt velut Camerarii:

Athénae istae (istaec *Studemund. Herm. t. I p. 303*) sunto
ita ut hoc est proscaénium

vel Spengelii:

Athénis haec sunto íta ut hoc est proscaénium

vel Muelleri l. s. s. p. 510:

Athénae haec urbs (hoc astu) est íta ut hoc est proscaénium.

Nam quoniam de urbis 'translocatione' agitur vix casui remittendum erit 'trans' praepositionis vestigium in librorum scriptura:

Athenis tracto ita ut hoc est proscinium (proschenium).

Ex hac igitur tale quid extricandum erit, velut:

---

83) De corruptelis cf. II, 2, 11 pro *maledico* (A) *aut medico* sim. De vocabulis autem male suppletis et adiectis (particulis maxime pronominibusque) multa exempla collegerunt critici. Ac tot tantasque mutationes hoc loco nos instituisse excusatur et traditae scripturae ineptia et eius quam restituimus sententiae commoditate.

Athénas trastuli hóc ubist proscaénium[84]).

Postremo adiungam ex verbis cum Lipsio correctis

Perpárvam partem póstulat Plautús loci
De moéris magnis átque amoenis moénibus

accurate evinci intra muros moeniaque Romae tum theatrum exstructum esse.

Sed hoc loco quoniam insignem litterarum lusum alieno invento usus restitui, nonnulla ex schedis meis interponere liceat ad idem genus pertinentia.

Atque unius quidem allitterationis recuperandae ansam ipsa Truculenti memoria praebet. Etenim cum rectissime post Doederlinium Kiesslingius l. s. s. p. 620 defenderit *pessum* ex *pervorsum* derivandum esse, ut *prossum*, *prorsum* ex *provorsum*[85]), non neglegenda est codicis C scriptura I, 1, 15 *quando abiit rete persum*, quae quamvis facile cum Hoppio Ann. phil. t. CVII p. 244 mero errori tribui possit, eo libentius tamen retinebitur, quia non modo optime cum veriloquio aliunde iam invento concinit idque ipsum confirmat[86]), verum etiam alias non sine fructu adhiberi potest. Nam Pers. v. 740:

---

84) Similiter corruptus perhibetur Poen. prol. v. 57:

Locus argumento est suum s(c)ibis proscenium,

quem pessime Geppertus nil nisi *sibi* mutans postposuit versibus 56. 58 (*nunc rationes ceteras*) *Accipite, nam argumentum hoc hic censebitur. Vos iuratores estis: quaeso, operam date.* Verba *censebitur* et *iuratores* notam infernnt de spectatorum iudicio fere iudiciario translationem, unde apparet v. 57 *argumento* ex v. 56 male repetitum versumque tali ratione corrigendum esse (cf. Ritschel. Parerg. p. 210):

Locus árbiterio súos sibist proscaénium. Vos iúratores éstis.

85) Imprimis valet quod 'pessum ire' (cf. 'transversum agi' 'adversum ire') primitus significat 'descendere', '*durchwärts*' '*in die Tiefe*' (cf. Rud. v. 395; Truc. I, 1, 15), ut non confundenda sit huius vocis radix cum *pestis* aliorumque vocabulorum principio. Alias derivationes vide sis apud Fickium '*Vergl. Wb.*' p. 116; Corssen. '*Beitr. z. ital. Sprachk.*' p. 333.

86) Item aliud veriloquium Plautinorum librorum scripturis stabiliri potest; *ferme* enim unde derivandum sit cum dubitetur [cf. M. Hertzius, Vind. Gell. alt. p. 83: '... *als wir über Ursprung und Urbedeutung von ferme so ununterrichtet sind, dass ein Widerspruch nicht einmal ausreichend rationell zu begründen sein würde* (*sehr ansprechend erscheint mir — wenn man auch dem Meister folgt und ferime bei Pl. Trin. 319*

Ei, Pérsa me pessúm dedit

cum Scaliger ut 'Sassina', 'Assum' pro 'Sarsina', 'Arsum' ita 'Pessa' dictum voluerit, recte iudicarunt homines docti in hoc nomine id ferri non posse; reponas igitur:

Ei, Pérsa me persúm dedit

cf. ibid. v. 783: *Qui illum Persam atque omnis Persas atque etiam omnis personas Male di omnes perdant.* Atque eadem forma nescio an Pacuvius usus sit v. 320 Ribb.:

Periére Danai, pléra pars persúm datast.

Sed ut hanc scripturam satis confidenter amplector, minore cum confidentia commendare audeo, quod item verborum lusibus nonnullis inservire posse videatur, *scurtum* ab cod. B servatum Bacch. v. 1189. Nam haec vocalis quasi obscuratio bene cum aliis pronuntiationibus conveniens nescio an inferenda sit et Bacch. v. 72 *scurtum pro scuto accubet* et Men. v. 170 *furtum, scurtum, prandium.*

Iam vix dubito de Trin. v. 1022 emendatione. Hoc enim loco cum A. Spengelius, etsi quam suasit formam *oculistrepidae* non est quod iterum refutem (cf. Nunt. litt. Gotting. a. 1875 p. 1052), tamen suo iure negaverit duas voces

nicht in den Text nimmt — die Hypothese von O. Ribbeck p. 6 (vgl. Savelsberg Mus. f. Ph. XXVII, 131; 640), dass es eine alte Superlativbildung ist'] mihi unice probatur quod cum Pottius — ipse primus ni fallor originationis auctor — reliquerit, Corssenus defendit ('*Krit. Beitr. z. lat. Formenl.*' p. 169) assentiente Curtio ('*Grdz. gr. E.*' p. 257) adverbium esse adiectivi *firmus.* Quod cum eo veri simile est, quod significatio particulae postero tempore minuendae fere sententiae inservientis antea confirmabat [cf. Trin. v. 731, Ter. Hec. v. 312, al.; aptissime iam Corssenus eandem rationem '*fast*' adverbii germanici comparavit] tum librorum memoria corroboratur Trin. v. 335 *Edepol hominem praedicatum ferme et* (*et* om. Pal.) *familiariter,* ubi *firme* mutarunt, cum contra Pers. v. 451 *Atque edepol firme ut quisque* cum Scaligero *ferme* reponerent. Quare *ferme* et *firme* idem valere satis certo tibi persuaseris, cum praesertim tales locos inter se comparaveris, ut Ter. And. v. 460 *fidelem haud ferme mulieri invenias virum* cum Mil. glor. v. 1015 *infidos celas, ego sum tibi firme fidus.* Ceterum ut Truc. I, 1, 15 *persum* ita II, 2, 1 ex Palatinis unus C cum A *propterre* servavit (cf. p. 3 adn. 6), de qua forma videas G. Loewium Act. soc. phil. Lips. t. II p. 468.

eadem ratione componere artis esse Plautinae (*oculicrepide cruriicrepide* libri), minus recte cum Beckero (*collicrepidae*) Guyetove (*scapulicrepidae*) priorem compositi partem tentabimus: immo ita loco consulendum erit, ut ad *oculi* addamus quod aptum sit molestamque evitet repetitionem. Qua in re nihil accommodatius erit quam *oculilippi*, (sc. servi) ut scribamus[87]) coll. Bacch. v. 913: *Lippi illic oculi servos est simillumus*, Pers. v. 11: *Sed quasi lippo oculo me erus meus manum abstinere hau quit tamen*, Poen. I, 2, 182: *Oculus huius, lippitudo mea.*

Ceterum haec omnia non ignoro valde displicitura esse ei qui nuper Plauti edendi consilium cepit. Qui cum Fleckeisenus Amph. v. 1058 eo progrederetur audaciae, ut neglecta codicum sanctitate *corrūpta* παρηχήϲεωϲ causa inferret pro *corrupta* (*corrumpta sum atque absumpta sum*), qua solet sapientia talia 'inventa nos animadvertere' edocuit, 'de nostro inferre non decere' (adn. ad. v. 1075 ed. U.). Ipse autem editor optimus adeo non 'animadvertit', ut talia miserrimis coniecturis removeri 'decere' post tres versus luculento exemplo prodat. Nam quo ipso versu innisus Spengelius infelix illud *oculistrepidae, cruricrepidae* commendabat, Amph. V, 1, 10:

Strepitus crepitus, sonitus tonitrus, ut subito, ut propere, ut valide tonuit,

cum nollet primo *ut* deleto cum Hermanno Fleckeisenoque locum in anapaesticum octonarium redigere Ussingius, sic et a sermone et a parechesi 'corrumptum' dedit:

Strepitus, crepitus, sonitus tonit: ut subito, ut propere, ut valide tonuit.

Veram scripturam facili negotio recuperamus, si deleto *ut valide tonuit*, quod aperte ex versu 1130 *quam valide tonuit*

---

[87]) Extrusa altera *li* syllaba librariis proclive erat ex *cruricrepidae* quae sequitur forma supplere *oculi(cre)pi(dae)*. Itaque *collicrepidae* demendum erit de exemplis similibus velut *plagipatidae* Most. v. 356, Capt. v. 472; cf. praeterea Men. v. 210, Pers. v. 702 sqq., Pseud. v. 988, Capt. v. 285, denique Poen. prol. v. 54 *Pultiphagonides*, quem non dubito quin ipsum Plautum 'poetam barbarum' denotaverit coll. Mostell. v. 828: 'pultifagus opufex barbarus.'

a librariis suppletum est, septenarium trochaicum constituimus numerorum vehementia itemque abrupta exclamatione insignem:

Strépitus crepitus, sónitus tonitrus: út subito, ut properé
fremit![88])

'Sed hoc agamus quoia[89]) huc ventumst gratia'. In prima igitur Truculenti scaena iterum praeclaro modo ostendi potest quae generatim ac summatim perscribantur singularum rerum accurata definitione saepius concidere. Tale quid iam Goetzius demonstrare studuit per simplicem versuum I, 1, 70 sq. emendationem a Dombarto Buecheleroque propositam redargui dicens et quae Reinhardtus de prima scaena prologi vice fungente et quae de eiusdem retractatione Dziatzko suspicati essent[90]). Sed etsi in multis quae disseruit, prorsus cum eo facio, tamen nec mutatam interpunctionem admittendam esse puto, quam quidem iam ante Dombartum Acidalius instituit, nec emendationem illam probo. In libris haec sunt:

eo nunc commenta est dolum
Reperisse simulat sese ut me extrudat foras
Cũ esse simulant militem puero patrem
Atque ut cum solo peregre getur militi
Eũ isti suppositum puerum opus pessime
Mihi verba retur dare se ame censuit
Celare se potesse grauida si foret

Quae ita cum aliis[91]) Goetzius constituit:

---

88) Facillime ex versu 1130 per *valide tonuit* aut explicari potuit *fremit* verbum aut suppleri versus si forte post ERE interciderat FRE syllaba.

89) Cf. Bergkius l. s. s. p. 62 sq.

90) l. s. s. p. 297: '*Eine einzige Corruptel Vers I, 1, 71 verbunden mit falscher Interpunktion hat zu den erwähnten durchaus grundlosen Annahmen geführt.*'

91) Leviora ac sponte apparentia ut omittam versus 69 et 70 Acidalius cum Dousa permutavit; idem, ut dixi, et post eum Dombartus Philol. t. XXVIII (a.1869) p. 732 graviter post *patrem* distinxit, cum *opinor* pari ratione Buechelerus l. s. s. Dombartusque (*opino*) proponerent.

eó nunc commentást dolum:
Peperísse simulat sése, ut me extrudát foras.
Atque út cum solo pérgraecetur mílite,
Eum ésse simulat mílitem pueró patrem.
Eum istí suppositum púerum opinor péssumae:
Mihi vérba retur dáre sed: an me cénsuit
Celáre se potésse gravida sí foret?

Sed — hunc ordinem ut servemus — versus 68 et 69:

Peperísse simulat sése ut me extrudát foras
Atque út cum solo pérgraecetur mílite

cum criticis illis divelli posse nego: nam eodem utrumque membrum spectat per *ut* expressum coniunctumque per *atque* neque alterum ad *peperisse simulat* potius alterum ad *patrem simulat militem* licet trahatur. Haec si esset sententia:

Peperísse simulat sése, ut me extrudát foras;
Atque út rem ab illo avórrat cum pulvísculo,
Eum ésse simulat mílitem pueró patrem,

tum recte fieret distinctio: iam quae per eandem continentur sententiam orationis quoque tenore conectenda sunt. Quodsi post *milite* interpungamus oportet, nemo non videt quae secuntur:

Eum ésse simulat mílitem pueró patrem.
Eum istí suppositum púerum opinor péssumae.

nullo prorsus vinculo constringi ac plane ex sententiarum nexu excidere. Sed accedunt alia: proxima demum scaena cum ex Astaphio Diniarchus certior fiat puerum (v. 99) Phronesium edidisse, cum deinde ipsa ei meretrix enarret (II, 4, 50) quomodo tonstrix 'puerum aut puellam' qui supponantur quaesiverit[92]), antea nihil audivit nisi 'peperisse'

92) Ceterum quod erant qui dissensum quendam notarent inter Astaphii narrationem commenticiam (I, 2, 93—100) eiusdemque verba II, 1, 5: *Verum aput hunc mea era sua consilia summa eloquitur libere* cet., non satis respexerunt aliud esse, si per ancillulae loquacitatem Diniarchus rem comperisset, aliud si per amicae confidentiam conscius fiebat. Ab initio Phronesium penes animum constituit ita illius amorem retinendum esse, ut libere consilia eloquatur; atque huius consilii

illam (I, 1, 68; 2, 92), quam meram putat simulationem esse nec reapse adesse infantem aliquem scit: his versibus certissime 'eum puerum' commemorat. Quae cum ita sint etiam *opinor* pro *opus* (*est*) insertum vix probari poterit, cum quia eadem ratione IV, 4, 20 redit:

Di. Núnc puerum redde. Phr. Ímmo amabo ut hós dies aliquós sinas
Eum ésse apud me. Di. Mínume. Phr. Amabo. Di. *Quíd eo opust?* Phr. In rém meamst.

tum vero quia, etiamsi ex 'opinione' tantum suppositionem Diniarchus iam commentus erat, mente non comprehendimus comperta fraude amicae qui tanto stupore exclamet II, 4, 80 sqq.:

Pro di ímmortalis, nón amantis múlieris,
Sed únanimantis sóciae fidentís fuit,
Offícium facere quód modo haec fecít mihi:
Suppósitionem púeri quae mihi crédidit,
Germánae quod soróri non credít soror.
Osténdit sese iám mihi medúllitus
Se mihi ínfidelem núnquam dum vivát fore.

Immo simplex Diniarchi ingenium a tali suspicione longe remotum erat. Iam vero haec si animo comprehenderis idemque si reputaveris non modo aptissime sese excipere:

Peperísse simulat sése ut me extrudát foras,
Atque út cum solo pérgraecetur mílite;
Mihi vérba retur dáre sed: an me cénsuit
Celáre se potésse gravida sí foret?

---

particeps Astaphium est: unde ubi primum conspexit (I, 2, 26) ad cenam vocat, nisi quod deinde ut fit in convitia se abripi patitur cum adulescente, quem se ipsam odisse nusquam dissimulat (II, 1, 1; 2, 65). Sed sceleris cognitio ut ne offendat potius quam capiat iuvenis animum, ipsi aperienda amicae est, non ancillulae. Hinc explicanda sunt I, 2, 33 sqq. neque eo cum Goetzio descendendum, ut iocularia Astaphium proferre dicamus: '*die Antwort der Astaphium ist ein übermüthiger Scherz, da sie nach II, 1, 5—13 wohl weiss, dass Phronesium vor Diniarch nichts geheim halten würde.*' Nam tali sententiae nec ipsa verba I, 1, 93 sqq. favent et aperte refragatur, quod Astaphium abeunte Diniarcho se aegre animum continuisse, non lascive iocatam esse prodit II, 1, 1: *Hahahe, requievi quia intro abiit odium meum.*

verum etiam versus qui hunc conexum conturbant in ipsis codicibus tam perverso ordine inseri, ut vel inde suspicio augeatur ex margine eos adscitos esse: iam vel eum mente captum esse concedes, qui de histrionis cuiusdam additamento, non de mera miseraque interpolatione cogitet!

Tales autem omnino in hac scaena interpolationes[93]) locum habere vel eis qui occaecato fere studio codices venerantur persuadebit versus I, 1, 60:

Phronesium: nam phronesis est sapientia[94]).

Sed nisi egregie fallor mirum hoc loco accidit, ut interpretamentum superinditum sit — interpolationi. In eo enim facio cum Dziatzkone l. s. s. p. 57 post verba:

Postrémo in magno pópulo in multis hóminibus
Re plácida atque otiósa victis hóstibus
Amáre oportet ómnes qui quod dént habent

non posse per *nam* particulam adnecti:

Nam míhi haec meretrix quae híc habet Phronésium
Suom nómen omne ex péctore exmovít meo.

Quod enim Spengelius Plautinissimum esse dicit cogitatione

---

93) Eius quam modo explanavi interpolationis insignem similitudinem habet quod Capt. I, 1 post v. 24 qui inseruntur in libris versiculi non dubium est quin explicandi causa — ex prologo fortasse — adiecti sint (cf. Brixius l. l.). De hiatu in Truculenti versu interpolato item ut in eo quem mox tractabimus *Nam míhi haec méretrix* raro fortasse exemplo cum Gepperto facientes dicamus licet sollemne illud 'hiatum non sollicito'. Si tamen removendus est, *puerulo* scripserim, de quo iam Spengelius cogitavit. Deminutivo reposito etiam Bacch. v. 65 restituendus:

Quíd ab hac metuis? Quíd ego metuam rógitas? adulescéns homo,

ubi cum *homo adulescens* in libris sit, coll. v. 88 *Fíeri nil potést, nox mulier vínum homini adulescéntulo* equidem *homo adulescentulus* praetulerim et *rogas* pro *rogitas* eadem ratione v. 206 in B perperam illato; cf. *rogas* v. 206. 216. 258. 331. 802. 980, cum v. 1195 *rogitas* de iterata quaestione usurpetur. Quamquam probe scio non severe discrimen servari.

94) In quo unum mireris operae pretium fuisse Spengelio ita in versum verba redigere, ut quod sententia postulet n o m e n in φρόνηcιν mutarit.

addi: 'talia de amore dixi, nam ipse expertus sum' cet., ita aptissime defenditur versibus 55—57 si per *nam* adiunguntur:

Nam mé fuisse huic fáteor summum atque íntumum,
Quod amántis multo péssumumst pecúniae:
Eadém postquam alium répperit, qui plús daret
† Damnosiorẽ mihi exinde (exine B) immovit loco,
Quem antehác odiosum síbi esse memorabát mala[95])
Babylóniensem mílitem.

Haec vides quam apte ac perspicue per *nam* cum illis conectantur, quem versus 58 sq. adeo conexum disperdunt ac dissipant, ut de interpolatione eo minus dubitaturus sis[96]), quod frigida illa adnotatio ac 'veriloquax' — sit venia verbo! — grammaticuli quam comici ingenio dignior est. Simul autem hac observatione aliunde petita illam offensionem tollimus, quam Reinhardto Dziatzkonique repetitum post prol. v. 12 *Hic hábitat mulier nómen quoist Phronésium* movit illud *quae híc habet Phronésium.* Quamquam per se non nimia offensio esset, si tale quid in transcursu iterum spectatoribus inculcaretur. Velut nemo puto in eo haerebit, quod cum ipse Diniarchus dixerit v. 74 sq.:

Nam ego Lémno adveni Athénas nudius tértius,
Legátus quo hinc cum público imperió fui[97]),

95) Versum ex praeclarissima Buecheleri coniectura dedi (*quimanifestaac* libri), prae qua ceterorum conamina ne afferenda quidem sunt. De versu 64 postea videbimus; v. autem 62 sententiam Maehlyus nuper corrumpere conatus est l. s. s. p. 115 *amanti* proponens quod quam perversum sit v. 24 sqq. docent.

96) Utraque igitur quam l. s. s. Dziatzko explanavit offensio, ut 'retractatum' esse hunc locum evinceret, una cum sublatis istis versiculis sublata est.

97) *quo hinc* transposui cum Bothio, Spengelius cum male 'hinc quo publico imperio' induxerit (cf. Kiesslingius l. s. s.). *Nam* autem hoc quidem loco nulla ratione offendere debuit, cum Diniarchus absolutis iam meditationibus querimoniisque ad id se convertat in rerum veritate quod conquerendi causam dederat: tamdiu se Athenas reversum esse neque tamen amicam etiamtum visisse, quae verba sibi dare se potesse censeat. Id ipse quodam modo Dziatzko innuit p. 58: '*dass er nach seinen langen mehr abstrakten Klagen und Reflexionen über die Liebe schliesslich auch auf die realen Verhältnisse eingeht ist begreiflich*

Phronesium repetit II, 4, 4:

> Quid tam ínfacetu's Lémno adveniens quí tuae
> Non dés amicae, Díniarche, sávium?

ubi quod Lemno potissimum adveniebat non maioris certe momenti erat ad savium amicae deferendum.

Illa autem Diniarchi verba qui secuntur versus:

> Sed hec quibus melius est Astaphium est ancillula
> Cum ergo quoque etiam mihi fuit commertium

in eis *quam erga quoque etiam* veram esse coniecturam Seyfferti Philol. t. XXV p. 465 non est quod post Kiesslingium l. s. s. p. 622 moneam; idem vero Seyffertus in Stud. Plaut. p. 26 sq. (cf. Philol. t. XXIX p. 412) doctissima disputatione effecit versum 76 nequire cum Camerario ita constitui:

> Sed haéc quis mulier ést? Astaphium ancíllulast,

pronomen demonstrativum cum subiungi non anteponi soleat interrogativo. Sed quod ipse suasit:

> Sed haéc quidem eius ést Astaphium ancillula,

vix loco convenit quaestionem removeri qua Diniarchus abrumpens incohatam narrationem ad procedentem mulierem animum dirigit. *Eius* vero vel tale quid, quo cuius ancilla Astaphium sit indicetur, propterea non requiritur, ut ille voluit, quia et ex eis quae secuntur statim hoc apparet et inde colligi poterat, quod ex Phronesii habitatione nota spectatoribus in scaenam prodit. Iam *hec qui(bu)s* cum ferri non possit eadem ratione *ecquis* restituemus, qua idem vitium et v. II, 7, 29 et sexcentis locis sartum est, pro *meliuſ eſt* autem non video melius quid substituamus[98]) quam (*ecquis*)

---

und V. 74 f. beweist es deutlich.' Quo minus antea dicendum ei erat: '*V. 74 f. enthalten gerade das Gegentheil von dem was man nach dem Vorausgegangenen erwarten musste.*' Nam Lemno illum advenisse qui 'ipsum contrarium' esse possit meditationum istarum vix expedias.

98) Idem nescio an III, 1, 18 reponendum sit. Pro:

> Tatee qui si nulla est & quis aperit hoc ostium

Spengelius scripsit: *At ecquis intust? ecquis aperit ostium?* Muellerus

nāilhcft, ut recuperemus:

Sed écquisnam illist? Ástaphiumst ancíllula.

Nunc priusquam in primae scaenae interpolationibus indagandis pergam de duorum quos supra attuli versuum scriptura tractandum est. Ac primum quidem v. 55 *in multis hominibus* languidissimum post *in magno populo* miror tam diu sollicitasse neminem [99]), cum ne codicibus quidem sed Camerario debeatur. In libris enim inest:

Postremo id mágno populo in (in pópulo CD) mulier hominibus.

Itaque *in* quod vario loco exhibetur nil nisi correctionem *id* vocis esse exstat atque eminet. In extremis autem *mulierhominibus* latere *mulierem* accusativum eo libentius agnoscimus, quia aegre tali additamento caremus ad verba *amare oportet omnis qui quod dent habent.* Quod cum non procedere videatur ob versiculum interiectum *re placida atque otiosa victis hostibus,* alteram utriusque versus partem commutatam esse censeo, quod facilius accidit in versiculis membratim incisis [100]); quare pro *mulier(h)om* : *mulierem,* pro *inibus* vel *inuus* : *maris* restitutis assequimur:

---

autem p. 426 (cf. '*Nachtr.*' p. 157) pro *At* vidit *Sed* exspectandum esse: quod ipsum corrigere vix iusto audacius erit, siquidem II, 2, 6 pro *Sed* ab A servato *Ad* B, *At* D, *Aut* C habet. Iam vero non tam *hoc* male insertum, quam *ecquis* male repetitum esse iudico, ut coniciam:

Sed écquisnam illist? hóc aperitur óstium.

Etenim Strabacem nondum aedis pulsasse, sed Astaphium cum ille non extemplo intro ierit sponte prodiisse (cf. II, 4, 1 sq.) prima eius verba demonstrant. Nam alia Men. v. 676 condicio est ubi postquam pulsante Menaechmo Erotium exiit, ante aedis astat se 'sibi inimicum magis quam amicae' et vultu et dicto prodens.

99) Nam eodem fere redit, quod Bergkius l. s. s. p. 84 *innumeris hominibus* dedit.

100) Ac ne quis opponat eodem quem sustulimus ordine exstare Poen. III, 1, 21: 'Praésertim in re pópuli placida atque ínterfectis hóstibus,' idem contra quem restituimus in Persa servatur v. 753:

Hóstibus victis, cívibus salvis, ré placida pacíbus perfectis
Béllo extincto, ré bene gesta, íntegro exercitu ét praesidiis *cet.*

Postrémo in magno pópulo, victis hóstibus,
Re plácida atque otiósa mulierém maris
Amáre oportet ómnis qui quod dént habent.

Graviore corruptela etiam v. 64 laborat (cf. p. 52) quo Spengelii scripturam non est quod post Buechelerum vituperem; neque id quod Kiesslingius proposuit l. s. s. p. 621 ad ea quae secuntur arcte cum hoc versu conectenda accommodatum est. Sententiam loci Buggius tali scriptura reduxit:

Damnósiorem, illum éxin summo habuít loco,
Quem antehác cet.

Sed alia ratio praestare videtur, praesertim cum *summo loco* post *summum atque intumum* v. 61 molestius repetatur. Namque quem apte locum contulit Buggius Curc. v. 363 *exinde* ut *postquam* coniunctionem insequi potuisse demonstraret, *ubi* quoniam insequeretur (*Ostium ubi conspexi, exinde me ilico protinam dedi*): in eodem advertendum est *ilico* adiungi, quod non modo post *ubi* saepissime infertur, verum etiam post id quod hic habemus *postquam* exstat velut Mil. glor. v. 1432, Merc. v. 220. Quare pro *loco* in huius versus exitu *ilico* restituimus, quod simili ratione II, 4, 89 corruptum est. Iam vero *mihi* ($\overset{i}{m}$) cum veri non absimile sit ex mero *m* littera ab *damnosiore-m* avulsa ortum esse, qualia persaepe accidisse in vulgus constat, ex versus 65 sententia (*quem antehac odiosum sibi esse memorabat mala*) in *immovit* dubium vix erit quin *amavit* lateat. Itaque cum in tali scriptura quodam modo acquiescere possimus:

Damnósiorem, exínde amavit ílico,

tamen altius ni fallor res expedienda est. Nam ex verbi notione simplici *amavit* praestare *deamavit* videtur, librorum autem scriptura *immovit* fortasse ex superscripto *im* derivanda sit, quo *exinde amavit* pro *exim deamavit* substitutum correctum ibant. Quodsi proponimus:

Damnósiorem, exím deamavit ílico,

in *exím* accentu non magis offendendum erit, quam in *etsí* eodem versus loco posito Pseud. v. 87 itemque in *adeó* And.

v. 120:

Adeó modesto, adeó venusto, ut níl supra [101]).

Iam vero ad interpolationes ut redeam, versum 2:

Amánti dum id perdíscat quot pereát modis

teneo adhuc misere ex aliorum versuum frustulis conflatum esse, cum imprimis *quot modis pereat* versu 5 rediens manifestam reddat interpolationem. Eadem fere ratione Boeckelius l. s. s. p. 28 versum 20 ob versus 13 similitudinem proscribebat. Atqui horum versuum aliam condicionem esse contendo, ut vel desideretur aliquid oratione nude ac ieiune per versum 19 finita. Nam v. 13:

Temptát benignusne án bonae frugí sies

quoniam tanquam propositionem continet eorum quae secuntur, aptissime eisdem paene verbis conclusio fit:

Itidem ísti amator, sei íd quod oratúr dedit
Atque ést benignus pótius quam frugí bonae.

Huic autem ratiocinationi nostrae ne exemplum desit, simillimum ex orationis conformatione afferre liceat Menandri fragmentum inc. fab. IX:

Ὅταν εἰδέναι θέλῃϲ ϲεαυτὸν ὅϲτιϲ εἶ,
ἔμβλεψον εἰϲ τὰ μνήμαθ', ὡϲ ὁδοιπορεῖϲ [102]).
ἐνταῦθ' ἔνεϲτ' ὀϲτᾶ τε καὶ κούφη κόνιϲ
ἀνδρῶν βαϲιλέων καὶ τυράννων καὶ ϲοφῶν,
καὶ μέγα φρονούντων ἐπὶ γένει καὶ χρήμαϲιν,
αὑτῶν τε δόξῃ κἀπὶ κάλλει ϲωμάτων.
ἀλλ' οὐδὲν αὐτῶν τῶνδ' ἐπήρκεϲεν χρόνοϲ.
κοινὸν τὸν ᾅδην ἔϲχον οἱ πάντεϲ βροτοί.
πρὸϲ ταῦθ' ὁρῶν γίγνωϲκε ϲαυτὸν ὅϲτιϲ εἶ.

---

101) De *etsí* cum Ritschelio facit qui nuper totam hanc quaestionem accurate retractavit O. Brugmanus l. s. s. p. 23, qui quod *adeó* illud in suspicionem vocare ausus est, valde dubito an cuiquam processura sit correctio versus venustissimi atque integerrimi.

102) An: ἔμβλεψον εἰϲ τὰ μνήματ' ὡϲ ὁδοιπόροϲ? Nam ὡϲ ὁδοιπορεῖϲ 'vix', ac ne vix quidem, 'sanum esse' ob insolentem significationem *dum, quando* Meinekius perspexit.

Porro quod eodem loco Boeckelius cum Bergkio l. s. s. p. 49 sq. itemque assentiente Reinhardto l. s. s. p. 98 versus 49 sq. delendos esse censuit plane adstipulor Buechelero nimio sane facilius esse ereptum ire de Plauto versus male traditos quam vindicare ac perpurgare [103]). Nam *quippe qui certo scio* minime redolere sermonem Plautinum nescio an ex Ciceronis potius quam Plauti harum particularum usu Boeckelius iudicaverit.

Sed quamvis bene memor sim praecepti Buecheleriani, tamen non vereor ne idem ipse vitium contraxerim, cum olim v. 17 sq. contenderem in metrum non redigendos esse, sed pro interpretamento verborum *piscis ne effugiat cavet* habendos. Nam in librorum memoria *dum huc dum illuc retcor impedit piscis usque adeo doliū foras eduxit* ut concedendum sit posse sane et *dum* repetitum praeter morem Plautinum et hiatum vitiosum *dum húc dum ílluc* una cum corrupti *retcor* necessaria emendatione removeri, itemque versu insequente *donicum* restituto traiectisque *eduxít foras* versum effici, tamen nec *piscis* pluralis numerus facile poterit expediri de uno pisce cum amante comparando quamquam et antea dictum est et insequitur *itidem isti amator* sc. ut piscis [104]), neque offensio haud vana vitari, quod si iam eo amantis capiendi descriptio perducta est *donicum eduxit foras,* incommodum ineptumque est quo pergitur *interim ille hamum vorat.*

---

103) Sic ille perpurgavit versus (*Scorti lenones quasi sedent* BCD):

Nam sí nusquam alibi súnt, circum argentárias
Scorta ét lenones qui ádsident cottídie,
Ea nímiast ratio.

Versu 50 nuper Seyffertus Philol. t. XXIX p. 408 pro *Eri(plus)* proposuit *Ibí(plus)*, quod iam Ritschelius Opusc. t. II p. 386 Camerarii scripturae *Triplo(plus)* addendum esse existimaverat; *foro plus* Spengelius *fere plus* Kiesslingius voluit, qui quidem v. 45 pro *scortorum plus est fere* (cf. O. Ribbeckius '*Beitr. z. L. v. d. lat. Part.*' p. 7) proposuit *sc. pl. est foro*: sed hoc loco quin recte Ritschelius *hic* inseruerit post *scórtorum* nec Brugmanus l. s. s. p. 50 dubitavit nec ego. At v. 50 *plus* recte iterari non crediderim, sed tale quid remotum esse: *Maiórem ibi* (rationem sc.).

104) *isti* pro *est* ex aureis Buecheleri coniectaneis est, quibus item v. 27 *propitiust* debetur pro *potius est* ac v. 16 *inierit* pro *iniecit*.

Iam igitur videas quaeso tot tantisque machinis adhibitis utrum qualescunque versiculi moliendi sint, an locus ex tali fere interpretamento repetendus: *dum huc, dum illuc retorquet* (sc. rete), *impedit piscis usque adeo donec foras eduxit.*

Contra perversus esset si quis exempli gratia v. 12 quod metrum non expleret, damnaret. Nam verba:

Primúmdum merces ánnua[105]): is primús bolust
Ob eám tres noctis dántur.

efflagitant plane talem enumerationem qualem olim exstitisse membrum truncatum docet:

intereá loci
Aut ara ut (aut CD) uinum aut oleum aut triticum

Ubi cum pro *ara* iam Itali *aera* invexerint, Spengelius post aliorum commenta proposuit:

Aut aúrum aut aera aut vínum aut oleum aut tríticum.

Atqui rectissime Brixius in Epistula ad illum data p. 4 tum *aurum* pretiosius esse monuit quam quod hic locum habeat, tum verbo quodam aegre nos carere quoniam *temptat* huc trahi nequeat. Idem Ann. phil. t. CI p. 426 languidiorem Seyfferti scripturam improbavit: *Orando* vel *Poscendo aut aera — triticum Temptat* cet. Sed quod ipse suasit Brixius:

Aut órat aera aut vínum aut oleum aut tríticum,

haec verbi collocatio nequaquam defenditur versibus 32 sq. *aut aurum periit aut conscissast pallula* cet., nam illic non modo singulae res, verum etiam facta, quae orandi causam meretricibus dent, inter se opponuntur. Sed quod de *auro* probe Brixius observavit, ibidem una etiam *aera* trahamus oportet, quam vocem eo minus tolerabimus, quia ipsa quoque quamvis leni coniectura effecta est. Nimirum mercede annua accepta intra dies proximos eis modo rebus orandis meretrix amantis animum temptat, quae per convivendi convivandique occasionem requiruntur 'quod bibit, quod comest, quod facit

---

105) Quas de hac Gronovii coniectura (*miros* B, *miror* CD) Seyffertus suspiciones movit Philol. t. XXV p. 751 sqq., aptissime refutantur eo quem Kiesslingius excitavit loco Asin. v. 751 sqq.

sumpti', non ipsam confestim pecuniam[106]). Quare cum antea de aliis supplementis cogitassem, iam satis confidenter pro *autara(a)ut* commendo *auctariũorat*:

Auctárium orat: vínum aut oleum aut tríticum.

Cf. Merc. v. 486 sqq. (cum Festo Pauli p. 14 M.: *auctarium dicebant antiqui, quod super mensuram vel pondus iustum adiciebatur, ut cumulus vocatur in modio): Visne eam ad portum? ... Atque eximam mulierem pretio? ..... Tanti quanti poscit, vin tanti illam emi? Immo auctarium adicito, vel mille nummum plus quam poscet.*

Sed duo restant loci, quos praeter rem ab editoribus in versus coactos esse existimaverim. Ac primum v. 30:

Ita & (Iteca B) in aedibus lenosis

Spengelius itemque Brixius l. s. s. p. 3 a cod. B profecti correxerunt: *It[ást ami]ca in aédibus lenóniis*[107]) et *amica* quidem propterea nominari secundum Brixium desideratur, quia *parat* insequens alioqui non habeat quo referatur. At hoc parum valet; non magis enim v. 13 *temptat* verbum diserta meretricis mentio praecedit, quae ipsius Diniarchi animo perpetuo obversatur ac sponte ex sententiarum ratione cogitatione adsumitur. Ac vix puto in cod. B scriptura reconditius aliquid latere quam quod CD exhibent: nam et *a* facile ex *&* nota declaratur et *cc* nihil esse videtur, nisi *a* corruptum, sicut idem codex II, 4, 35 pro *nec* habet *nã* itemque omnes II, 5, 21 *preccecaveo* pro *praecaveo.* Ipsum vero *ita et* vix aliorsum spectet, quam ad *ita est*, sicut *et* pro *est* substituitur II, 2, 14 itemque *est* pro *et* II, 4, 41: ut tota sententia *ita est in aedibus lenonis* eo certius ex notatione marginali repetatur, quod resecto hoc versiculo nihil omnino deficit destituitve orationem.

---

106) Satis apte conferes, quae Ballio meretricibus praecipit Pseud. v. 187 sqq.: Hedulium frumentum, carnaria Aeschrodora, olivum Xystulis ab amatoribus comparare iubentur, omne penus summatum virum, quibus deliciae est, cum Phoenicio exposcendum sit.

107) Quod Maehlyus l. s. s. p. 114 voluit *Ita régulast in aédibus lenóniis* vereor ne ad linguam latinam pertineat, quam 'culinarem' dicere consuevimus.

Denique quem unum etiam manifestae interpolationis coargui posse puto versum, loco exstat intricatissimo v. 37—44, quem ita Spengelius constituit:

Atque haéc celamus nóstra damna indústria,
Quom rém fidemque nósque nosmet pérdimus,
Ne quí parentis neú cognati séntiant:
Quos quóm celamus sí faximus cónscios
Qui nóstrae aetati témpestive témperent,
Ut ne ánteparta démus postpartóribus,
Faxím lenonum et scórtorum posthác minus
Et mínus damnosorum hóminum quam nunc súnt sient.

Minora ut antea absolvam de v. 37 quotquot adhuc prolatae sunt coniecturae[108]) ad unam omnes reiectaneae sunt, quippe quae a cod. B *nos clammina industria* proficiscantur: sed *nos* quoniam CD omittunt, pronomen non minus ex versu insequente irrepsisse statuendum erit, ubi idem eodem loco exstat, quam v. 46 (47) *Quã nus olim* ex v. 47 (46) *Nam nusquam* vel de quo p. 18 adn. 38 dixi *odium*, ubi utroque loco CD itidem has voces recte omittunt. Iam si habemus *Atque hacc celamus clammina industria*, quamvis prona sit 'damna' mutatio, tamen *clam* illud nequaquam spernendum est, quia item exstat Poen. V, 4, 69: *cclavistis clam mc* (cf. Amph. v. 490). Cui cum etiam hoc loco accusativum addendum esse consentaneum sit, non sine probabilitate *om̃ſ* intercidisse coniciemus. Denique cum *industria* etiam dici vix possit nisi aut *dc* vel *cx* praepositione addita aut adiectivo quodam — cf. Asin. v. 212; Aulul. III, 2, 6; Cas. II, 3, 60; Poen. I, 2, 9; Mostell. v. 348; Cas. prol. v. 45 —, sic puto scripturam aut veram aut veri simillimam recuperabimus:

Atque haéc celamus clam [ómnis su]mma indústria.

Porro v. 40 *Quos quom cclamus si faximus conscios* quod cum

108) Ante Spengelium Camerarium scripsisse commemoro *nos damna una industria,* Gronovium *nos clam mira* (vel *summa*) *industria,* Bothium *damna nos industria.* Nuper autem Buggius Philol. t. XXXI p. 249 proposuit *nos damna una industria,* casu ut videtur cum Camerario conveniens, ac dein *quo* pro *quom* coll. Pseud. v. 318 sq.

Seyfferto Philol. t. XXV p. 464 Muellerus l. s. s. p. 486 (cf. '*Nachtr.*' p. 71 sq.) *Quos nunc* mutabant, iure meritoque Luebbertus Stud. gramm. P. II p. 118 sq., 249 sq. cum alia exempla opposuit, tum Capt. v. 724 sq.: *Ibi quom alii octonos lapides ecfodiunt, nisi Cotidiano sesquiopus confeceris, Sescentoplago nomen indetur tibi.* Sed illud potius male molesteque habet, quod post duplicem protasin superingeritur enuntiatio relativa:

Qui nóstrae aetati intémpestivae [109]) témperent.

Sed duos versus a relativo incipientes sedem inter se permutasse nescio an persuasurus sim hominibus doctis, sicut idem de versibus 46 sq. a *Nam* et *Quam* incipientibus Camerarius omnibus persuasit; praesertim cum *temperint* forma a codicibus servata, de qua videas Luebbertum disserentem Stud. gramm. P. I p. 94, quam ex tradito versuum ordine cum Valla in *temperent* mutandum esse Spengelius perspexit, aptissimum propriumque locum recipiat, si reposuerimus:

Ne quí parentis neú cognati séntiant,
Qui nóstrae aetati intémpestivae témperint.
Quos quóm celamus, sí faximus cónscios *cet.*

Sed iam ad huius enuntiationis apodosin accedimus expeditu difficillimam:

Unne (unde CD) anteparata demus post partoribus
Faxim lenonum et scortorum plus est
Et minus (minos B) dampnosorum (dãnos horum B) hominum quam nunc sunt siet.

Pro *plus est* quod procul dubio irrepsit ex v. 45 *Nam nunc lenonum et scortorum plus est fere* plerique cum Acidalio *posthac minus,* alii cum Meursio *multo minus,* Maehlyus l. s. s. *faximus lenonum et scortorum post* (!) *minus* substituerunt. Atqui nullus equidem dubito, quin ex eodem versu 45 *lenonum et scortorum* ad verba *damnosorum hominum* explicanda adscripta sint, quorum tertia vice v. 48 mentionem repeti per se non potest non molestum videri. Denique *faxim* — quod

109) Cf. Spengelius in adn. ad h. l., Kiesslingius l. s. s. p. 621.

faxim' i. e. *faximus* fuisse crediderim — in eandem societatem adscisco, utpote quod ex v. 40 ad verba *demus* ac *siet* suppletum sit. Nam ut singula verba, ita quamcunque ex eis extricamus sententiam molestissimam repetitionem praebere intelleges. Iam vero ab hoc additamento postquam poetae orationem liberavimus, plana et aperta etiam v. 42 scriptura evadet. Namque eandem sententiarum constructionem habemus quam Aulul. III, 5, 4 sqq.:

Nam meó quidem animo si ídem faciant céteri,
Opuléntiores paúperiorum fílias
Ut índotatas dúcant uxorés domum:
Et múlto fiat cívitas concórdior
Et invídia nos minóre utamur quam útimur.

Quare *Et* pro *unne* vel *unde* repono, corruptelam autem ita ortam esse putaverim, ut ex versus in libris antecedentis initio *(q)uun (ostrae)* iterum male aliquid repetitum fuerit.

Haec habui impraesentiarum de Truculento quae disputarem. Quibus quoniam in prologo maxime et in prima scaena Plauti orationem et ab aliorum ratione satis dissimilem et in nonnullis saltem si spes non fefellit sui aliquanto similiorem reddidi, operae pretium facturus esse mihi videor, si eam quam assecuti sumus versuum scripturam[110]) sub finem continuam proponam.

PROLOGVS

Perpárvam partem póstulat Plautús loci
De moéris magnis átque amoenis moénibus
Athénas quo sine árchitectis cónferat.
Quid núnc? daturin éstis an non? — ádnuont.
Urbem óre huc dico me ádlaturum síne mora.
Quid sí de vostro quíppiam exorem? — ábnuont.
Heu hércle in vobis résident mores prístini,
Ad dénegandum ut céleri lingua utámini.

---

110) Quamquam nonnulla eorum quae proposui ex misera codicum depravatione eiusmodi sunt, quae vix in ipsum contextum quem dicimus reciperem, si quidem editionem adparaturus essem.

Sed hóc agamus quoía huc ventumst grátia.
Athénas trastuli hóc ubist proscaénium —
Tantísper dum transígimus hanc comoédiam —:
Hic hábitat mulier nómen quoist Phronésium.
Haec húius saecli móres in se póssidet:
Numquam áb amatore póstulat — id quód datumst,
Sed rélicuom dat óperam — ne sit rélicuom!
[Poscéndo atque auferéndo ut mos est múlierum,
Nam omnís id faciunt, quóm se amari intéllegunt.]
* * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * *
Eum sé peperisse púerum simulat míliti,
Quo cítius rem ab eo avórrat cum pulvísculo.
Quid múlta? si quid réstat super hac múliere,
Eccum amáns narrabit iam húc qui veniet céterum.

DINIARCHVS

Non ómnis aetas ád perdiscendúm sat est
[Amánti dum id perdíscat quot pereát modis]
Neque eám rationem eápse umquam educít Venus,
Quam pénes amantum súmma summarúm redit,
Quot amáns exemplis lúdificetur, quót modis
Pereát quotque exorétur exorábulis.
Quot illíc blanditiae, quót illic iracúndiae,
Sunt quót superbiménta — di vostrám fidem, hui!
Quid périerant, dum elíciant pretia múnera.
Primúmdum merces ánnua: is primús bolust;
Ob eám tres noctis dántur: intereá loci
Auctárium orat, vínum aut oleum aut tríticum:
Temptát benignusne án bonae frugí sies.
Quasi ín piscinam réte qui iaculúm parat,
Quando ábiit rete pérsum adducit líneam,
Si iníerit rete píscis ne effugiát cavet:
[Dum huc dum illuc retorquet, impedit
piscis usque adeo donec foras eduxit]
Itidem ísti amator, sei íd quod oratúr dedit
Atque ést benignus pótius quam frugí bonae.
Addúntur noctes: ínterim ille hamúm vorat.
Si sémel amoris póculum accepít meri

Eaque íntra pectus sé penetravit pótio,
Extémplo et ipsus périit et res ét fides:
Si irátumst scortum fórte amatorí suo,
Bis périt amator áb re atque ab animó simul;
Sin álter altri própitiust, idém perit;
Si ráras noctes dúcit, ab animó perit;
Sin crébras ducit, ípsus gaudet, rés perit;
[Ita est in aedibus lenonis.]
Priusquam únum dederis céntum quae poscát parat:
Aut aúrum periit aút conscissast pállula
Aut émpta ancilla aut áliquod vasum argénteum
Aut vásum ahenum ráptum aut cleptus léctulus
Aut ármariola graéca aut aliquid sémper est
Quod déferat dedátque amans scortó suo.
Atque haéc celamus clam ómnis summa indústria,
Quom rém fidemque nósque nosmet pérdimus,
Ne quí parentis neú cognati séntiant,
Qui nóstrae aetati intémpestivae témperint.
Quos quóm celamus sí faximus cónscios,
Et ánteparta démus postpartóribus
[faxim' lenonum et scortorum plus est]
Et mínus damnosorum hóminum quam nunc súnt siet.
Nam núnc lenonum et scórtorum hic plus ést fere,
Quam olím muscarumst quóm caletur máxume;
Nam sí nusquam alibi súnt, circum argentárias
Scorti ét lenones qui ádsident cottídie,
Ea nímiast ratio: quíppe qui certó scio
Maiórem ibi scortorum ésse iam quam pónderum.
Quos équidem quam ad rem dícam in argentáriis
Reférre habere nísi pro tabulis néscio,
Ubi aéra perscribántur usurária —
Accépta dico expénsa ne qui cénseat.
Postrémo in magno pópulo victis hóstibus
Re plácida atque otiósa mulierém maris
Amáre oportet ómnis qui quod dént habent.
[Nam míhi haec meretrix quae híc habet Phronésium
Suom nómen omne ex péctore exmovít meo
(Phronesium: nam phronesis est sapientia).]
Nam mé fuisse huic fáteor summum atque íntumum,

Quod amántis multo péssumumst pecúniae.
Eadém postquam alium répperit qui plús daret,
Damnósiorem: exím deamavit ílico,
Quem antehác odiosum síbi esse memorabát mala,
Babylóniensem mílitem. Is nunc dícitur
Ventúrus peregre: eó nunc commentást dolum:
Peperísse simulat sése ut me extrudát foras,
[Eum ésse simulat mílitem pueró patrem]
Atque út cum solo pérgraecetur mílite.
[Eo istí supposito púero opus est péssumae.]
Mihi vérba retur dáre sed: an me césuit
Celáre se potésse gravida sí foret?
Nam ego Lémno adveni Athénas nudius tértius
Legátus quo hinc cum público imperió fui.
Sed écquisnam illist? Ástaphiumst ancíllula,
Quam ergá quoque etiam míhi fuit commércium.

DISPVTATIONIS SVMMARIVM

De Ambrosiani Palatinorumque memoria p. 1—14. Eorum in Truculento discrepantias ex grammaticorum librariorumve, non ex histrionum mutationibus repetendas esse ita demonstratur, ut simul de emendandis cum aliis locis tum II, 2, 17; I, 2, 29; II, 2, 63; II, 4, 33; I, 2, 78 sqq. agatur. De graeco Plauti exemplo p. 15—37. Non Thaidem, sed Sicyonium Menandri adhibitam esse colligitur. Ex incertis Menandri fragmentis numquae Sicyonio vindicari possint quaeritur. De Sicyonii vestigiis apud Alciphronem Lucianumque deprehendendis. De Truculenti prologo p. 38—45. Adiunguntur quaedam de locis nonnullis per παρήχηϲιν insignibus. De prima fabulae scaena p. 48 — 62. Sequitur prologi primaeque scaenae recensio qualis ex ac disputatione efficitur.

INDEX SCRIPTORVM

Afranius	
Thais	p. 17 a. 36.
Alciphron	
Epist. I, 35 sq.	p. 11; 31 sqq.
II, 4, 19	p. 21 a. 43
III, 50	p. 34; 36 sq.
Alexis	
Sicyonius	p. 25 sq.
Harpocration	
v. ἀναίνεϲθαι	p. 24
Lucianus	
Epist. Sat. XX	p. 35 a. 68
Toxar. XIII—XV	p. 35 sq.
Macarius	
VII, 62 sq.	p. 21 sq.
Menander	
Epiclerus	p. 30 a. 59
Menander	
Thais	p. 16 sqq.
Sicyonius	p. 18 — 37
Fragm. inc. IX	p. 56
LXXXII	p. 28
CXXXIII	p. 27
CLXXXVIII	p. 29
CCXLI	p. 27
CCXCII	p. 29
Pacuvius	
v. 320 R.	p. 46
Photius	
v. Ϲτρατοφάνη	p. 19 sq.
Pollux	
IV, 119	p. 25
Publilius Syrus	
v. 351 R.	p. 24 a. 49

Publilius Syrus
v. 532 p. 24 a. 49
Suidas
v. ἅβρα p. 22 sq.

Terentius
And. v. 120 p. 56

Plautus
Amph. arg. acr. v. 9 p. 33 a. 66
v. 1062 p. 47 sq.
Asin. v. 534 p. 32 a. 64
Aulul. II, 2, 30 p. 29 a. 57
Bacch. v. 65 p. 51 a. 93
72 p. 46
1189 p. 46
Capt. v. 24 sqq. p. 51 a. 93
479 sqq. p. 42 a. 80
Men. v. 170 p. 46
768 p. 24 a. 49
Pers. v. 451 p. 46 a. 86
740 p. 45 sq.
Poen. prol. v. 54 p. 47 a. 87
57 p. 45 a. 84
V, 4, 13 p. 24 a. 49
Pseud. v. 248 p. 30 a. 59
309 sq. ibid.
Trin. v. 335 p. 46 a. 86
647 p. 25 a. 49
1022 p. 46 sq.
Truc. prol. p. 63 sq.
v 1 sqq. p. 41 sq.; 45
5 p. 43 sq.
6 p. 42
10 p. 44
11 p. 40
13—17 p. 40
18 p. 39 sq.
20 sq. p. 38 sq.
I, 1 p. 64 sqq.
v. 2 p. 56
8 sq. p. 36
12 p. 58 sq.
15 p. 45
17 sq. p. 57 sq.
20 p. 56
30 p. 59

Plautus
Truc. I, 1 v. 31 sqq. p. 31 sq.
37—44 p. 60 sqq.
49 sq. p. 57
55 sq p. 54 sq.
58 sqq. p. 51 sq.
62 p. 52 a. 95
64 p. 55 sq.
68—73 p. 48 sqq.
74 sq. p. 52 a. 97
76 sq. p. 53 sq.
2 v. 2 p. 42 a. 79
16 p. 4
18 p. 4
27 p. 2
29 p. 5 sq.
39 sqq. p. 26 sq.
62—73 p. 30 sq.; 3 a. 6
78 sqq. p. 9 sqq.; 32
93 sqq. p. 49 a. 92
II, 1 v. 5 sqq. ibid.
13—34 p. 14
34 sqq. p. 7 sq.
37 sqq. p. 3
2 v. 6 p. 3 a. 6
11 p. 14 a. 25
15 p. 3
17 p. 4 sq.
23 p. 7
31 sqq. p. 27; 3
39 p. 26
44 p. 3 a. 6
63 p. 6
3 v. 15 p. 24 a. 48
22 p. 37
4 v. 6 p. 4
13 p. 2
24 sq. p. 3 a. 6
27 p. 7

Plautus	
Truc. II, 4 v. 29 sq.	p. 2; 3 a. 6
5 v. 1—22	p. 35 a. 69
6 v. 4	p. 18 a. 39
20	p. 22 a. 46
45	p. 36 a. 69
49 sqq.	p. 20
58	p. 19 a. 40
7 v. 23	p. 16 a. 35
III, 1 v. 18	p. 53 a. 98
Plautus	
Truc. III, 2 v. 12	p. 25 a. 50
IV, 1 v. 9	p. 29
11 sq.	p. 33 sq.
2 v. 28 sqq.	p. 13 a. 24
42	p. 12
3 v. 57 sqq.	p. 28 sq.
4 v. 1	p. 9 a. 21
17	p. 18 a. 38
V, v. 47	p. 26

SYMBOLA CRITICA

AD

PRIORES PLAVTI FABVLAS

SCRIPSIT

GEORGIVS GOETZ

CAPVT PRIMVM.

§ 1. De codice J Musei Britannici.

Inter codices Plautinos longe maximus numerus eorum est qui priores octo tantum fabulas exhibent, quorum plerique pertinent ad saeculum XV, nonnulli ad XIV, unus saeculo XI tribuendus est; isque propter venerabilem vetustatem inprimis dignus est quem diligentius perscrutemur[1]). Quod J littera designamus, exemplum Friderici Ritschelii sequimur qui Proleg. p. XLI de eius auctoritate haec pronuntiavit: 'Mutatum fabularum ordinem secuta est earundem in duas partes diremptio, quarum altera ab Amphitruone ad Epidicum, a Bacchidibus ad Truculentum altera pertineret. Ex illarum codice ꝺ repetendi B et D, quorum binas partes ex eis quae supra attulimus intellegitur seorsum scriptas esse: repetendus J, qui est membranaceus Musei Britannici $\frac{15.C}{XI}$, rectius autem ut opinor undecimo quam decimo saeculo tribuitur: repetendus denique is (ζ), qui fons exstitit reliquorum octo fabulas complectentium, saeculo autem XIV. vel XV. scriptorum fere omnium: quorum etsi pergrandis numerus est, tamen nullus vel ex B vel ex D vel ex J manavit'.

---

1) Cf. Hildyardum praefat. Aulul. p. XV et Wagnerum p. III. Habet codex folia 194. Continet Tusculanas disputationes, libros de inventione rhetorica, Rhetorica ad Herennium; Plautus incipit a fol. 113. Singulae fabulae ita sunt distributae: Amphitruo fol. 113—127[a]; Asinaria 127[b]—139[a]; Aulularia 139[b]—149[b]; Captivi 150[a]—162[a]; Curculio 162[b]—170[b]; Casina 171[a]—180[b]; Cistellaria 181[a]—186[a]; Epidicus 186[b]—194[a]. Ceterum monendum est iam Bentleium hoc codice usum esse et ad decimum eum retulisse saeculum; cf. eius adnotationem ad Terent. Hautontim. I 1, 20 (v. Wagneri praefationem p. IV).

Quae verba qui reputaverit, certe dubitabit J codicis auctoritatem parvi pendere, qui ex eodem fonte manaverit unde BD. Hoc autem rectissime statuisse Ritschelium miror quod Wagnerus, qui solus post illum accuratius hunc librum tractavit, adeo non perspexit, ut correctum eum esse a grammatico medii aevii sibi persuaderet ideoque haud ita multum ad rem criticam exercendam valere[2]). Qua in re prorsus eum opinio fefellit. Nolo singulas eius ratiunculas hoc loco percensere, cum satis sit unum exemplum afferre, quo rem maxime stabiliri ille opinatus est.

Aulul. II 8, 23 (241) ita exhibetur in B:

Nimirū occidor. nisi ego intro huc propere propero currere,

Exstat is versus inter medios iambicos senarios, quod cum fieri non posse perspexisset Bentleius (ad Heautontim. I 1, 20), fretus auctoritate J codicis, qui *propere* omittit, hunc restituit senarium:

Nimírum occidor, ni íntro huc propero cúrrere.

Quem contra rectissime Ritschelius Prolegg. p. CXXX versum trochaicum inter trochaicos post II 2, 65 transposuit. Qua re ita abutitur Wagnerus, ut correctorem consulto statuat omisisse illud *propere*, quo iambicum versiculum efficeret. Nolo commemorare correctorem hoc si voluisset *ni* quoque pro *nisi* debuisse restituere, quod non fecit; nec id premo, plurimos versus multo corruptiores eundem correctorem intactos reliquisse: quid quaeso simplicius cogitari potest quam *propere* ante *propero* mero errore intercidisse? Qua re cavendum est ne vel tantillum tali argumento tribuas; alioquin quovis pignore spondeo, me demonstraturum esse, C quoque esse correctum exemplar codicis B vel B codicis C (vel eius fontis). Prorsus autem ratio me fugit qua ductus epigramma

---

2) Cf. praef. Aulul. p. XI: 'It seems to me from the instances given that J is a corrected copy of an archetype which followed allmost the same recension as B, though there were several discrepancies between them; but as to the present state of J itself, it is in every respect much inferior to B and must be used which much caution, since we can never know what is really due to its archetype or what to its emendator'.

sub finem codicis exstans in rem suam Wagnerus vertere potuerit tale:

Exemplar mendum tandem me compulit ipsum
Cunctantem nimium plautum exemplarier istum
Ne graspicus mendis proprias idiota repertis
Ad deret. et liber hic falso patre falsior esset.

Unde si quid concludendum est, certe illud erit ipsum quoque a librario codicis J ex fonte transcriptum esse, cum nec *graspicus* pro *graphicus* nec *ad deret* pro *adderet* veri simile sit eum qui composuit exaraturum fuisse.

Quae quamquam ita sunt, vix tamen contenderim J codicem[3]) pari cum B auctoritate esse, id quod ne de CD quidem licet affirmare; sed ea maxime ratione inferior est quod a librario saepissime dormitante scriptus est. Quod statim tibi ex exemplis quae infra ponam apparebit. Quae uncinis inclusi ea tenendum est a B petita in J non exstare.

Asin. 640 sqq.:

Eadem istac opera suaviust complexos fabulari.
[LI. Non omnia eadem aeque omnibus, ere, suavia esse scito.
Vobis est suave amantibus complexos fabulari.]

Aulul. III 2, 11 sq.:

Sine: at hercle cum malo tuo magno, si hoc caput sentit.[4])
[EVCL. Pol ego hauscio quid post fuat: tuom nunc caput sentit.]

3) Amphitruonem, Asinariam, Epidicum contulit Hermanno Hagero intercedente meum in usum vir doctus Londini commorans; ceterarum fabularum habui collationem ab Aemilio Braun factam quam mihi benevolentissime commodavit Ritschelius. In nonnullis sane discrepat mea collatio cum eis quae Wagnerus adnotavit; velut hisce versibus: v. 1 *quin sim* (W. *qui sim*), v. 80 *prospexi* (W. *perspexi*), v. 91 *quęrit* (W. *quaerat*), v. 121 *tuę rei hoc* (W. *tuaeque rei hoc*), v. 143 *advento* (W. *advenio solus* J). Nonnulla ex hoc codice protulit Ussingius variis locis, qui quid de eius auctoritate sentiat exponit Proleg. p. 155, ubi hunc quoque codicem ad B fontem referre studet.

4) Pusillas codicum discrepantias in exemplis quae supra posui non anxie curavi; neque versuum discriptionem quae ibi traditur repraesentavi.

Cistell. IV 2, 83 sq.:

Mea haec erilis gestitavit [filia.
LA. Mentiris: nam mea gestitavit,] non tua.

Epid. I 1, 75 sqq.:

Illic hinc abiit: solus es nunc[5]) [quo in loco haec res sit vides
Epidice: nisi quid tibi in tete auxili est absumptus es.
Tantae in te impendent ruinae: nisi suffulcis firmiter,
Non potes subsistere, itaque in te irruunt montes mali,
Neque ego nunc] quo modo e. q. s.

Ibidem III 3, 33 sqq.:

Te pro filio
Facturum dixit rem esse divinam domi
[Quia Thebis salvus redierit. PER. Recte instituit.
AP. Immo ipsus illi dixit conductam esse eam,
Quae hic administraret ad rem divinam tibi
Facturum hoc dixit rem esse divinam tibi domi.[6])]
Ego illic e. q. s.

Ibidem V 2, 54 sq.:

Quamne hodie per urbem uterque sumus defessi quaerere?
[EP. Ego sum defessus reperire, vos defessi quaerere.]

In universum autem affirmare licet, J propius ad B accedere quam ad D, quod cum scripturis haud ita paucis tum eo maxime apparet quod in J aliquoties versus vel versuum partes prorsus omissi sunt, quos secunda demum manus in B codicis margine adnotavit. Velut Amphitruonis versus 755 sq. mutili in margine B suppleti sunt secundae manus opera, in J verba 'ego vera ac falsum dicere. AM. Neque tu illi neque mihi viro ipsi credis?' prorsus desiderantur, quod non archetypo tribuendum esse apparet. Atque idem cadere in Casin. II 6, 24 videtur ex ratione quam ceteroquin inter

5) *Solus nunc es* AB; *solus es nunc* J et deteriorum librorum plurimi, unde retinuit vulgata.

6) Versus 35—37 in inferiore margine a man. II additi sunt simul cum v. 38. Cf. p. 134.

D et secundam manum B codicis intercedere compertum habemus [7]. Nam ibi quoque verba 'postremo illuc quod volumus eveniet, gaudebimus' in margine B suppleta sunt, cum in J omnino desint.

Quamquam cum D quoque J codicem convenire haud ita raro observari licet. Exempla sunt velut Aulul. I 1, 16 ubi haec habes in B:

Abscede etiam nunc. etiam ohe

Quam lacunam ita supplet J:

Abscede et iam nunc et iam nunc et iam ohe

Fere idem est in D. Aulul. I 1, 5: *qua me nunc* DJ; *me qua* B omissa vocula *nunc*. II 4, 38 *plorabundus* DJ; *plorandus* B. Quibus exemplis si operae pretium videbitur nullo negotio ex ipsa Aulularia et ex aliis fabulis addi possunt alia.

Ut autem his locis J meliorem scripturam exhibere adscito D codice probatur, ita idem fieri posse in eis quoque fabulis, quae in D non exstant quis negaverit? Unde apparet in his saltem J non magis ex apparatu critico excludi posse quam D in aliis. Commode vero accidit ut ex parte vel Ambrosiani testimonio usi auctoritatem huius codicis firmare possimus. Placet ex Epidico nonnulla exempla subicere.

III 4, 35 B exhibet:

Estne empta tibi haec istis legibus? e. q. s.

Recte J *mihi* pro *tibi* exhibet, quod idem est in Ambrosiano, nisi quod vocula *haec* omissa est.

III 4, 51 B: *meum gnatū ipse hanc fidicinā emit* .... *fidicinam;* in J deest *emit* et lacuna est post *hanc*. B glossemate depravatum esse docet A:

Meum gnátum. Is ipse hanc *déstinavit* fídicinam.

V 2, 9 in B hoc est:

Quaqua tangit, omne amburit. si propius astest calefacit

7) Cf. Fleckeiseni Nov. annal. vol. 113 (a. 1876) p. 352 sq.

Perobscura est haec scriptura; nec Ambrosianus[8]) sat claram affert lucem, in quo haec visa sunt apparere:

? ? ? ? ? ? ?
QUAQUATANGITOMNEAM................TUCALEFACIT

succurrit versui J codex qui haec exhibet:

Quaqua tangit omnem hamburit. si propius estes (a suprascr.)
estu calefacit

Unde certe exitum versus talem nacti sumus:

. . . . aestu calefacit.

Sed cum nec versus patiatur verba 'si propius adstes aestu', nec Ambrosianus propter spatii angustias videatur continuisse, haec initio scripta fuisse conieci:

Quáqua tangit, ómne amburit. própe sist, aestu
cálefacit.

Estes in J dittographia ortum est (*est estu*); *prope sist* abiit in *propius est*; et possunt certe ea quae proposui in A exstitisse.

Consulto ea elegi exempla quae Ambrosiani auctoritate defenduntur[9]). Quibus nixus non dubito quin Epid. I 1, 50 *quid igitur* rectius traditum sit quam *reddigitur* (B), ut sic videatur versus scribendus esse:

Quíd [vis] igitur? EP. Quót minis? THESP. Totís
quadragintá minis.

Itemque apparet male A. Spengelium Epid. III 1, 4 sq. *tibi*

8) Quae ex A profero, ea sciendum est deberi Gustavo Loewe amico, qui Mediolani commorans Epidicum fabulam meum in usum accuratissime descripsit. Cf. p. 116.

9) V 1, 11 ita in B exhibetur:

quaeritant me in manibus gestant copulas secum siaui

unde profectus Scaliger ingeniose proposuit *secuncias*. J habet *secum suaui*, quod esse *secum simul* et illud *secum simu* discimus ex Ambrosiano, unde SECUMSIMUL Loewius feliciter eruit. — V 1, 2 B exhibet: *quae est . . . . praeda* (sed est in rasura), J: *quae ex praeda*; inde Camerarius: *quae empta ex praeda est*, quam scripturam Geppertus postquam in *quae est empta ex praeda* corrupit dicit fuisse in codicibus Langianis; cf. p. 82. Quae ex A profert idem QUAEEMPTAEXPRAEDAEST, ea Loewio non iam apparuerunt.

vocem bis positam defendisse (cf. T. Maccius Plautus p. 117 sq.); qui locus talis est in B (omissis pusillis discrepantiis):

> sitne quid necne sit
> Scire cupio. Chaer. Per illam tibi copiam
> Copiam tibi parare aliam licet. scivi equidem in principio ilico
> Nullam tibi esse in illo copiam. Strat. Interii hercle ego

Deest posterius *tibi* (*copiam tibi*) in J. Verba autem *parare* ..... *ilico* tam bene conveniunt numero trochaico, ut inde suspitio oriatur initium potius quam finem turbatum esse. Quid autem simplicius potest cogitari quam pro *copiam copiam parare* scribendum esse *copiam comparare?* Unde tales puto dedisse Plautum versus:

> Sítne quid nécne sit
> Scíre cupió. CHAER. Per illám tibi cópiam
> Cómparare aliám licet: scivi équidem in principio ílico
> Núllam tibi esse in íllo copiam. STRAT. Ínterii hercle ego [óppido].

V 1, 43 ita edidit Geppertus:

> Quid? ego modo huic frater factus sum, dum introeo atque exeo?

hiatu turpissimo; cf. Mueller 'Plaut. Pros.' p. 713. In J versus ita exit: 'dum ego introeo atque exeo'. Conicio autem talem olim fuisse versum:

> Quíd? ego modo sum huic fráter factus, dúm ego eo intro atque éxeo?

Sum post *modo* addidi ego, Camerarius post *factus* [10]).

---

10) III 3, 27 B lacunosum praebet hunc versum:

> .di m. II
> Iādudū se alius ui · sse///// hic filium.

Contra J:

> Iamdudum se alius tuum uidisse hic filium.

III 3, 33 in J talis est:

> Mírum hoc qui potuit fieri e. q. s.

idque recte; B *hoc quod* exhibet.

Praeterea autem commemorandum duco, J saepius concinere cum secunda manu, quae B codicem correxit; cf. I 1, 44 (*legionem*); II 1, 5 (*familiam*); III 2, 42 (*me equidem*); III 4, 5 (*commonstrasso*). Quod quomodo faciat ad auctoritatem eius stabiliendam, facile conicias ex eis quae dixi in Fleckeiseni Nov. annal. vol. 113 (a. 1876) p. 352 sq.

Sed ne in eis quidem fabulis quae simul ex B et D pendent, J prorsus inutilem esse hisce credes exemplis:

Amphitr. v. 572 ita edidit Fleckeisenus:

Merito maledicas mi si [non] id ita factumst.

Removendi sunt uncini, cum *non* illud, quod a BD abest, in J servatum sit.

Asin. v. 98 talis est in B:

Non offuturum si hodie effeceris.

D habet *sit*, quod *si id* interpretatur Ritschelius Nov. Exc. Pl. p. 93; idque ipsum in J exhibetur.

Amphitr. v. 1035 in BD sic traditur:

Vos inter uos partite (parcite B): ego abeo mihi negotium est.

Fleckeisenus auctore Ritschelio (Proleg. p. 130) *ista* inseruit inter *vos* et *inter*, quem contra C. F. W. Muellerus 'Plaut. Pros.' p. 355 *dispertite* proposuit. Rectius illud esse docet J:

Vos inter uos *istaec* partite e. q. s.

Quamquam id quoque licet conicere Plautinum versum talem fuisse:

Ínter vos istaéc partite e. q. s.

Amphitr. v. 627:

SO. Vérum actutum nósces. AM. Quem? SO. Illum nósces servom Sósiam.

Pro *quem* B *quam*, D *quã* exhibet personarum notis in medio versu nullis. In quibus cum dudum me male habuisset *nosces* bis positum, ut posterius mirum quantum videatur frigere, nunc prorsus mihi persuasi versum aliter constituendum esse propter J codicis memoriam hanc:

Verum ac tutum nosces inquam illum nosces seruum sosiam.

Suspicor autem talem fere olim exstitisse versum:

> Vérum actutum nósces, inquam, me íllum servom Sósiam.

Cf. v. 619 et 625:

> Quís istic Sosiást? SO. *Ego, inquam.* quótiens dicundúmst tibi?
> Quís homo? SO. Sosia, *ínquam, ego ille.* quaéso, non intéllegis?

Asin. v. 96 talis est in B:

> Qua me arte. qua uxorē quatu seruom sauream

In D *arte* super *me* scriptum est, in J autem glossema illud prorsus deest.

Asin. v. 61 pro *in pretio sumus* J habet *prenoscimus*, quae scriptura nescio an praeferenda sit.

Ibid. v. 675 *meorares* B; *me ora≡res* (in rasura *b* fuit) D; *morarem* J. Ibid. v. 503 [11]) *crederes nunc quod* (ex *quid hi*) D; *quo id* B; *crederes quod nunc fers* sine correctura J [12]).

Asin. v. 105:

> Quid si forte in insidias devenero?

Quae verba cum inter omnes nunc constet interpolatori deberi, quaerere licet num casu putes ea in J omissa esse, quem librum saepius glossematis vacare constat. Magis animi pendeo quid iudicem de Aulul. II 1, 33:

> Sed his legibus si quam dare vis ducam.

Nam quamvis dubitari nequeat quin ad interpolatorem haec sint referenda, tamen in J errore facile potuerunt omitti

---

11) Asin. v. 560 ita scribendum conieci:

> Ne *illa pól* pro merito *núnc tuo* memorári multa póssunt.

nunc in omnibus libris extat; pro *illa pol* exhibetur *illa edepol.*

12) Quibus adde ex Aulularia haec: II 1, 11 *me* post *tibi* soli J debetur; III 1, 1 *ciues* J, *uiues* D; *uires* B. Ceterum eiusdem fabulae commemoro v. II 2, 30 fortasse sic sanari posse:

> Dí me servant. sálva res est; sálvomst s i g n u m: níl perit.

signū feci ex *si qui(d)*, quod in libris est. Viderat Euclio aulam etiamtum bene opertam esse; frustra igitur trepidus fuerat veritus ne Megadorus auro insidias vel parasset vel paraturus esset.

propter similem exitum insequentis versus, qualia haud raro accidisse supra memoravimus. Cf. p. 73 sq.

Sed iam video modum esse imponendum huic disputatiunculae, cum ad editionem alia, non ad seorsum conscribendam quaestionem pertinere intellexerim. Sed id puto me effecisse, haudquaquam J codicem[13]) esse correctum exemplar, verum ex ipso cum ceteris fonte communi esse repetendum eaque tantum ratione inferiorem, quod maiore quam ceteri neglegentia exaratus est.

---

13) Unde hic codex venerit quamquam nihil traditum est, tamen non improbabiliter mihi coniecisse videor, ipsum vel eius fontem ex Britannia originem duxisse. Osbernus enim, monachus Glocestrensis duodecimi saeculi, quem auctorem esse Panormiae (cf. Mai Auct. class. vol. VIII) docuit Gulielmus Meyer Mus. Rhen. vol. 29 (a. 1874) p. 180, ut in afferendis versibus qui pertinent ad duodecim posteriores fabulas prorsus pendet e grammaticis latinis (cf. Gustavi Loewii Prodromi corporis glossariorum latinorum p. 243 et 254 sq.), ita in octo prioribus fabulis secutus est eiusdem certe generis codicem qualis est J. Nam quamvis omnino soleat immutare verba poetae transponendo, addendo, corrumpendo, tamen satis certa vestigia deprehendi, ex quibus de eius fonte coniecturam facere licet. Velut Curculionis v. 108 sq. talem exhibet B:

inuergere (*gere* in ras. m. II) inme liquores tuos
Sino ductim.

Pro quibus haec sunt in J:

inuergere in me liquores tuos
Sino doctim.

Unde Osbernus p. 168: 'omnes liquores in me tuos sino doctim' derivans simul *doctim* a *doctus*. — Curc. v. 56:

Qui uolt cubare pandit saltum sauiis (sauiis ex sauuis).

Contra J:

Qui uolt cubare pandit saltem suauium.

Similiter Osbernus: 'qui volt cubare pandit saltum favium', cf. p. 224 (*favium* = *savium*). — Aulular. III 2, 22 pro *sequius* (B) Osbernus cum J praebet *secus*. Quibus exemplis licet satis multa addere. Sed quamquam omnia studiose conquisivi, nolo tamen alios fatigare pluribus allatis. Apparet igitur ad Plautum emendandum Osberni Panormiam nihil valere: nam quos non ex grammaticis depromsit locos, eos ex eodem vel certe persimili fonte hausit ei, quo nosmet utimur.

§ 2. De codicibus Langianis.

Codices Langiani quales fuerint quidque valeant ad κρίσιν Plautinam cum nec Geppertus in Casina Epidicoque neque in Aulularia Wagnerus exposuerint, quamvis uterque inde apparatum criticum ditaverit, propositum mihi est paullo accuratius, quam adhuc factum esse video, in eorum indolem inquirere.

Contulerat igitur Carolus Langius (Charles de Langhe) priorum octo fabularum tres libros manu scriptos, quorum scripturas discrepantes publicandas tradidit Christophoro Plantino, typographo Antverpiensi. Adiunctae sunt Plauto anno 1566 Antverpiae evulgato[14]), ubi ipse editor haec praefatur: 'deinde D. Carolus Langius, vir eximia pietate et eruditione praestans, liberaliter etiam sui Plauti, cuius priores comoedias cum tribus manuscriptis codicibus contulerat, nobis copiam fecit, ut quidquid ex eo ad hunc expoliendum et Sambuci lectiones suorum librorum fide et auctoritate confirmandas depromi posset, margini adscriberemus'.

Fuit autem Carolus Langius summa apud doctos illius temporis auctoritate[15]), ut fieri non posset quin 'lectiones Langianae' criticorum oculos insignem in modum in se converterent, cuius rei testes profero Gulielmium, Gruterum, Scioppium[16]), Taubmannum[17]), Pareum[18]). Inter eos qui postero

14) Editae sunt sub hoc titulo: 'Variantes scripturae trium exemplarium Ms. in VIII comoedias Plauti ex lib. Dn. Caroli Langii'.

15) Quid Iustus Lipsius de eo senserit, cum ex aliis locis apparet, tum ex libri II antiquarum lectionum capite 5, quod ita finiri voluit: 'Utriusque coniecturae meae [Mil. gl. v. 595 et Poen. V 5, 57, ubi ante Scioppium *multam* scribendum esse coniecerat] cum ante biennium Carolum Langium, virum quo nihil sol ille doctius vidit aut melius, arbitrum fecissem, sic eam comprobavit, ut pronuntiaret merito iis ipsis imperitiae multam dictum iri, qui istud de multa non probarent'.

16) De arte crit. (Amstelod. a. 1662) p. 11: 'Caroli Langii fides et integritas semper memorabitur; qui, edito suo in Officia Ciceronis commentario longe doctissimo, grandes ab omni posteritate gratias inivit. Ut interim omittam, quas trium manuscr. Plauti variantes lectiones nobiscum communicavit, longe illas optimas, quibusque multi criticorum famam suam clariorem acceptam ferre debent'. Dicit ni fallor Gulielmium imprimis et Gruterum; ipse iis saepissime eodem libello usus est.

tempore thesaurum illum laudatissimum adierunt, Bothius nominandus est, inter recentissimos autem Wagnerus [19]) et maxime Geppertus. Cuius Epidicum qui inspexerit, haud paucas scripturas solis codicibus Langianis deberi videbit, velut sola hac nituntur auctoritate verba *non negarem* (I 2, 13), *prorsus se* (III 3, 31), *mox* (argum. v. 5), *tum* (II 2, 97: *iam tunc* ex Gepperti adnotatione, unde suam desumpsit scripturam), alia. In quibus editorem nisi neglegentissimus fuisset unum certe debebat offendere, quod haec et alia iam Camerarius olim coniecerat vel saltem ediderat; velut *non negarem* ille et *prorsus se* scripsit et *iam tunc* posuit; idemque *mox* recepit Pyladem secutus. Cf. porro *pessima* (IV 2, 24), *ergo* (IV 2, 27), *emta* (V 1, 2), quibus exemplis nullo negotio addi possunt plura.

Sed accedit alia res perinde memorabilis. Sciendum est enim Carolum Langium scripturas suas margini exemplaris Cameraríani adiecisse, unde eas excudendas curavit Plantinus, id quod planissime docent adnotationes hae: ad arg. v. 2 *subiecit filii* (sequitur ut in eius exemplari fuerit *subiecit. filio*, quod coniecit Camerarius [20])); I 1, 15 *varie. Ep.* (ita omnes

17) Cf. Taubmanni editionis Plaut. p. 1: 'Antiquarum lectionum discrepantias, quas Car. Langius ex tribus Mss. exemplaribus digessit, pro thesauro habuere I. Gulielmius et alter ille a Camerario Plauti sospitator Ianus Gruterus'. Cf. Gulielmii Verisim. I 12; III 1; 3; Gruteri Susp. I 8; III 3; V 13; VI 9; 12; VII 3; VIII 11 (*fidelium exemplarium*).

18) Vide nomina auctorum e. q. s. alteri eius editioni praemissa: 'Manuscripti tres Karoli Langii in octo priores fabulas. Optimi illi et notae plane Opimianae'.

19) Prorsus falsa eius de codicibus Langianis opinio est, cum in praefationis Aululariae p. VIII haec dicenda putaverit: 'Langiani collated by Pareus and Gruter'.

20) Sed nescio an defendi possit *filii* scriptura ex usu posterioris temporis, ad quod constat originem argumentorum pertinere. Initium argumenti tali modo constitui:

Emít fidicinam fíliam credéns senex
Persuásu servi, qui áliam conductíciam
Iterúm pro amica eí subiecit fílii.
Dat eríli argentum e. q. s.

Quamquam me non fugit alios de tertio inprimis versu prorsus aliter sentire. *Erilis* idem est quod *erilis filius*: cf. Pseud. argum. I v. 6.

editiones ante Camerarium, cuius scriptura *varie. Ph.* errori debetur typographico); I 1, 49 *quid istuc quidnam est* (*quidnam istuc? quid est* Camerarius edidit metro consulens [21])); aliae permultae.

Iam vero quo quaeso alio consilio ductum tibi persuadebis Langium in margine exemplaris Camerariani Camerarianas scripturas ascripsisse, nisi ut indicaret a suis libris illas abesse? Absunt igitur omnes quas supra posui voculae, quibus si operae pretium videbitur ex sola Epidico addere licet circiter quinquaginta (multas quae apud Langium aberant Camerarius in suis invenerat libris) nonnullasque ex Cistellaria. In aliis enim ille aliam secutus est adnotandi viam. Sed noli credere Plantino hunc esse crimini vertendum errorem, cum lineolis ille appositis quas expungi vellet designarit voculas, id quod in ea certe, quae mihi praesto est, editione (Francofurti a. 1593 apud I. Wechelium) factum esse video. Quod quid sibi vellet neque Gruterus [22]) neque Pareus [23]) intellexerunt neque Bothius [24]), neque nuperrimus editor Geppertus [25]), ut taceam alios.

---

21) Ne Camerarium quidem verum vidisse putaverim in tractando hoc versu quem delere quam emendare maluerunt huius aetatis critici. Scribendus videtur:

> Vaé misero mihí: male perdidít me. quid ais tú? THESP. Quid est?

Verbis *quid ais tu* pergit Epidicus ad aliam rem; cf. Pseud. v. 615:

> H. Quíd illic secum sólus loquitur? PS. Quíd ais tu, adulescéns? H. Quid est?

Similiter depravatus est I 1, 54, cui aeque commoda medela non est in promptu. Verba sunt haec:

> Di immortales ut ego interii basilice. THESP. *Quid iam aut quid est?*

Extrema verba recte tradita esse negaverim. Videtur autem *aut* merae dittographiae deberi (*iam*), et *quid* errore repetitum esse, pro quo aliud expulsum est vocabulum; velut sic scribi possit:

> Di ímmortales út ego interii básilice! THESP. Quidnám *tibist?*

22) Semel ille quid verum sit perspexit: cf. Susp. I 8. Quo magis mirum est, quod in ceteris tam caecus fuit: cf. ed. Taubmanno-Gruterianae Epid. I 2, 13.

23) Dici nequit quanta Pareus levitate usus in Analectis Plautinis repetierit Langianas lectiones. Quotiens enim quid sibi vellent non

Ea quae modo exposui dudum enucleaveram, cum mihi Hauniae peregrinanti Thorsenus vir clarissimus academicae bibliothecae praefectus benigne copiam fecit librorum quos Fabricius Hamburgensis olim possederat inspiciendorum. Inter quos est Operarii editio Plauti adnotata ab ipso Fabricio; cuius adnotationes ut conspexi, Langianas esse cognovi scripturas, sed ita comparatas quales esse debebant. Velut I 2, 13 habes: 'delet T' (i. e. *non negarem*), idemque frequentissime. Quod quo spectet prodidit ipse Fabricius prima libri pagina: 'Quae ascripta sunt noris petita esse ex libro Laevini Torrentii qui erat in bibliotheca Marquardi Gudii'. Laevinus autem Torrentius discipulus fuit atque amicus Langii, cuius libros post possessoris mortem acquisivit. Unde vides quam certa sit ea quam exposui ratio, ut ne verbum quidem opus sit addere [26]).

Qua re absoluta — hic enim error maxime verae aestimationi videtur offuisse — facile est ad iudicandum quid re vera valeant ad κρίσιν Plautinam libri Langiani: quo de pauca dixisse satis habebo. Nam quamvis ibi maiores lacunae quibus J laborat non fuerint [27]), tantum tamen abest ut bonae

intellexit, totiens eas suopte fretus arbitrio sibi composuit. Unum placet addere exemplum. Epid. I 1, 15 Langius ascripserat *varie Ep.* et versu sequenti *caprae non,* quorum prius ad Camerarii errorem spectare cum non videret Pareus, hariolatur haec in codicibus Langianis exstitisse: *varie Ep. Caprae non* omissis verbis quae interposita sunt.

24) Cf. ad Ep. I 2, 13 et alibi.

25) Gepperti neglegentiam increpare supervacaneum duco; satis est dixisse, eum Pareum tantum non post se reliquisse.

26) Unde fuerint Langii libri nescitur, transiisse autem eos cum ceteris in possessionem Laevini Torrentii veri simile est: cf. Miraeus Biblioth. eccles. p. 207 et Paquot hist. litt. XI (quamquam ibi de libris universis agitur). Fortasse cum aliis interierunt studio fratrum Societatis Iesu. Cf. van Hulstii 'Charles de Lange et Liévin Vanderbecke, Liége 1846' p. 75. De iis ex libris Langii qui etiamnunc exstant Bruxellae, egit Bernard: 'Rapport à M. le ministre de l'interieur sur les manuscrits de Charles Langius, deposés à la bibliothèque royale des ducs de Bourgogne. Bruxelles 1843.' — Exemplar Laevini Torrentii non potui indagare.

27) Cf. ad Epid. I 1, 77, ubi *pendent* libri Langiani exhibent, et qui sequitur versum, ubi *irruent* adnotatum est. Idem de plerisque valet lacunis.

frugis sint ad studia Plautina promovenda, ut multa corruptiora exhibeant verba poetae quam ceteri libri, cum omissis satis multis vocibus quas Plautinas esse constat, tum illatis aliis quae aperte prae se ferunt glossematum speciem. Velut desunt Epid. I 1, 6 verba *si dabis*[28]), ibidem v. 39 posterius *causa*; contra v. 2 *vero obsecro* exhibetur et v. 8 *huic ventri gratia* et v. 90 *quid faciam? aliqua.* Accedit quod trium codicum scripturae ita contaminatae sunt, ut quid in quoque fuerit diiudicari nequeat. Quae cuncta si quis reputaverit, non dubito quin impurum hunc fontem sit repudiaturus, unde si quid boni peti possit, id casui, non fontis praestantiae sit tribuendum.

§ 3. De codicibus Burneiano 227 et Ottoboniano 687.

Quas supra memoravimus J codicis lacunas, eae in omnibus octo priorum fabularum codicibus reperiuntur praeter unum, ad quem nunc venio. Burneianum dico 227, quem ita describit Hildyardus p. XIII:

"Codex Burneianus 227. Quondam Petri Podalyrii An-

---

28) Hic versus et is qui proxime praecedit in libris vulgo tales circumferuntur:

Veníre salvom gaúdeo. THESP. Quid cetérúm? EP. Quod ádsolet,
Cená tibi dabitur. THESP. Spóndeo. EP. Quid? THESP. Me ácccepturum, sí dabis.

Geppertus in adnotatione silentio praetermisit ante *quod eo adsolet* v. 5 deesse in Ambrosiano personae spatium, quod casui tribuendum esse vix crediderim. Nam quamquam quae tradita sunt intellegi possunt, tamen haud scio an melius verba sic distribuantur:

Veníre salvom gaúdeo. THESP. Quid céterum quod coádsolet?
EP. Cená tibi dabitur. THESP. Spóndeo. EP. Quid? THESP. Me ácccepturum, sí dabis.

Quae optime conveniunt servorum iocandi generi. *Coadsolet* scripsi cum Acidalio; cf. Casin. III 1, 4, ubi *eo addito* B, unde editores emendaverunt *coaddito.* Guyetus *eo* delevit. Ad locutionem cf. Curc. v. 457:

Quid hóc quod ad te vénio e. q. s.

ticii. Fol. Membranaceus. foliorum 110. Saec. XV (ineuntis?).

Litteris Italicis luculente scriptus; fronte illuminata, litterisque auratis pictisque singulae scenae (nisi sub finem voluminis) praefixis. Haud multum distat a B. 1, nisi quod aliquando mendosior est; habet notulas nonnullas, plerumque textus corrigendi causa margini adscriptas. Continet fabulas octo priores, eodem ordine quo in B. 1 digestas."

Quibus addendum est a fol. 100[b] eum recentioris manus opera exaratum esse. Is autem codex propterea memorabilis est, quod unam certe Epidici lacunam eamque satis magnam ita explet (Epid. I 1, 75 sqq.):

Illic hinc abiit solus es nunc. quo in loco haec res sit epidice
Nisi qtibi intete auxilii est absumptus es. tantae in impendent
Ruinae nisi suffulcis firmiт. non potes subsistere. itaque inte irruunt
Montes mali. neque ego nunc quomodo me expeditum ex impedito

Unde hi versiculi fluxerunt? Quos si ex fonte transcriptos esse statuas, simul putes necesse est pleniorem exstitisse codicem eiusdem familiae, quo pertineat J — nam in ceteris maximopere Burneianus cum J consentit —; sin aliunde invectos credas, miraberis multas alias lacunas relictas esse. Posse saltem illud non prorsus improbabiliter statui ex eo apparet, quod re vera exstitit codex persimilis et paullo maiore quam J vetustate insignis, cuius praeter fragmentum nihil servatum esse dolemus. Exstat id fragmentum

29) Quis ille fuerit Petrus Podalyrius Anticius quamquam diu quaesivi, tamen non contigit eruere. Nam quod libri 'bibliographici' — liceat hoc vocabulo uti — Podalirium quendam Germanum afferunt, id nomen fictum esse constat. Cf. Hummelii 'Neue Bibliothek von seltenen und sehr seltenen Büchern' etc. I p. 17: 'Podaliri Germani. cum Catone Certomio. de furore germanico diebus genialibus carnisprivii dialogus editus per Theodoricum Gresemundum iuniorem' e. q. s. Idem nomen (Podalirio Febeo) tradit E. Wellerus Ind. pseudon. p. 118 virum doctum Italum gessisse (Morando Morandi).

adhuc ignotum in codice miscellaneo Ottoboniano lat. 687 ex variis libris saeculo XVI vel XVII conglutinato, in quo duo folia sunt Captiv. v. 400—555 exhibentia. Quae cum misero modo lacerata sint, integrum locum exprimendum curavi.[30])

EG̃ Ms̄ mihi . suu[31]) fol. 1r

TYNƀ Me hic ualere.
Ingenio haud dis
Neq. me aduersatū tibi
Intantis erumnis tam̃. neq
Neq. factis. neq. fide reb; indu
Tẏⁿdare ut fueris animaī erga suu gn
Numq erit tā auarus. quin te gratis em
Et mea opa si hinc rebito faciā ut faciat
Nā tua opa & comitate & uirtute & sapien
Fecisti ut redire liceat adparentis denuo
Cum apud hunc confessus es///[32]) & gen & diuⁱtias
Quo pacto emisisti e uinculis tuū herū tua sapi
PHŁ Feci ego ista ut cōmemoras. & te meminisse id gratu
Merito tibi ea euener̄ a me. nam nc̄ philo crates
Si ego itē memorē quę me erga multa fecisti bene
Nox diem adimat; nā ˢⁱseruus ms̄ esses nihilo setius
Mihi obsequiosus semper fuisti; EG̃. Dii uostram fidē hominū ingeniū
Liberale. ut lacrumas excutiunt mⁱ. Videas corde
Amare interse quantis laudauit. suū herū seruus
Collaudauit; PHŁ. Pol istic me haud centessimā partē
Laudat quā ipse meriī est ut laudetur laudibus;
EG̃ Ergo cū optume fecisti nc̄ adest occasio
Benefacta cumulare. ut erga hunc rē geras fideliī;
PHŁ Magis non factū possū uelle quā opa experiar psequi.

---

30) Invenit hoc fragmentum Bethmannus et Ritschelio transmisit; isque mihi commodavit. Denuo codicem tractavit et tamquam cum pulvisculo exhausit Gustavus Loewe, qui affirmat videri codicem vel paullulo prius quam saeculo XI scriptum esse. Superiores foliorum partes abscissae sunt, ut octo versus desint in singulis paginis. Ceterum fragmentorum scribendi et interpungendi genus fideliter imitati sumus.

31) Ante hunc versum reliquiae versus 399 discerni possunt.

32) *t* littera erasa est.

Id ut scias? ionē supremū testē do egio
Me infidelē non futurū philocrati; EG̃. Probus es homo;
PHŁ Nec me secus umquā ei facturum? quā me met mihi;
Istaec dicta te experiri & opa & factis uolo;
TẎNƌ Et quo[d] minus dixi quā uolui dete animū aduortas uolo.
Atq. horum uerborū causa caueto m̊ iratus fuas.
Sed te queso cogitato hinc te mea fide mitti domum
fol. 1[v] ti satis;
TYNƌ. Satis;
sentia;
ũ possis redeas; PHŁ. Res monet;
apazeta tibi.
ngraphū; TẎNƌ. Quē singraphū?
nē. hinc ire huic ut liceat domū.
mbulato; PHŁ. Bene uale; EG̃. Edepol rē meā
de p̄da a questorib;
te filiū si diis placet.
dubitau s homines emerē an non emerē diu;
eruate istū sultis intus serui ne q̊ quā pedem
Efferat sine custode. ego apparebo domi.
d frēm modo captiuos alios inuiso meos.
adē per cunctabor ecquis adolescentē nouerit;
Sequere tute ut amittam. ei rei p̊mū p̄uorti uolo;

PARASITVS

Miser homo est qui ipse sibi qđ edit quęrit & id ęgre inuenit.
Sed ille est miserior? q̊ & aegre quęrit & nihil inuenit.
Ille miserrim̉ est? qui cū eē cupit. qđ edat non habet;
Nā hercle ego huic diei si liceat oculos effodiā lubens?
Ita malignitate honerauit om̄s mortales d̊i.
Neq. ieiuniosiorē neq. magis effractū fame
Vidi. nec cui mih̉ p̧cedat quicquid facere occeperit.
Itaq. uenter gutturq. resident. esuriales ferias
Licet parasiticæ arti maxumā malam crucem?
Ita iuuentus iam ridiculos inopesq. ab sese segregat.

Nihil morantur iā lacones[32]) uni subselli uiros
Quis agit hoc aut quis ꝓfitetur inquā? q̊si muti silent.[33]) fol. 2r
Neq. me rident; Ubi cenam̉ inquā? Atq. illi abnuunt;
Dico unū ridiculū dictū dedictis melioribus
Quib; solebā menstrualis epulas ante adipiscier?
Nemo ridet; Sciui extēplo rem de compacto geri.
Nec canē quidem irritatatā uoluit quisq imitarier.
Saltē si non arriderent? dentes ut restringerent;
Abeo abillis? postq uideo me sic ludificarier;
Pergo ad alios. uenio adalios. deinde adalios. una res.
Om̄s compacto rē agunt quasi in uelabro olearii;
Nc̄ redeo inde inde? cū me ibi uideo ludificarier:
Itē alii parasiti frustra obambulabant in foro;
Nc̄ barbarica lege certū est ius meū. om̄e persequi.
Qui conciliū iniere q̊ nos uictu & uita ꝓhibeant?
His diē dicā. irrogabo multā ut m̊ cenas decē
Meo arbitratu dent cū cara annona sit; Sic ægero;
Nc̄ ibo adportū hinc. est illic mihi una spes cenatica;
Si ea de collabit? redibo huc ad senē ad cenā asperā;
EG̃ Quid est suauius quā bene rē gerere bono publico sic̄ ego{
Cū emi hosce homines? Vbi quisq. uident? eunt obuiā
Gratulanτq. eārem; Ita me miserū restitando
Retinendoq. lassum reddiderunt;
Vix ex gratulando miser iam eminebam?
Tandē abii adpretorē. ibi uix requieui.
Rogo sẏngraphū. datur m̊ ilico de tyndaro. ille abiit dom
Inde ilico preuortor domū. postq id actū est?
Eo ꝓtiñ ad frēm. inde abii? mei ubi s̄t alii captiui;
Rogo philocratē ex alide ec quis omnium
s. aristophon[34])
Nouerit. Hic exclamat eū sibi eē sodalem;
Dico eū eē apud me; hic extemplo orat obsecratq.

33) *a* m. I ex *o* fecit.
34) Ante hunc versum reliquiae exstant versus 479.
35) Superscripsit m. II, sed non recens.

Eū sibi ut liceat uidere; Iussi ilico hunc exolui; Nc̄ tu sequer
Ut qđ me orauisti impetres. eū hominē ut conuenias;
fol. 2v fuere? apta s̄t. patent prestigiæ[35])
palam est. neq. de hac re negociū est?
e occidam oppetāq. pestē heri uicē meamq.;
me aristophontes hic qui uenit m̊ intro.
t. is sodalis philocrati & cognatus est
lus seruare si uolt me potest. nec copia est?
ā corde machinor astutiam;
? quid machiner? quid cōminiscar? maxumas
ptias incepisse hereo; EGIO. TẎNꝺ. ARISTOPHONTES.
ūnc hominē ꝑripuisse foras se dicā ex aedibus?
nī uero ego occidi. eunt adte hostes tẏndare;
loquar? quid fabulabor? quid negabo? aut quid fatebor? mi
˜certo sita est; Quid reb; confidam meis?
prius ii ꝑderent? quā peristi e patria tua
tes. qui ex parata re imparatā omnē facis.
æc res? nisi repio atrocē mi aliquā astutiā;
m tibi hominē. adi. atq. alloquere;
est me hominū miserior?
est qđ meos te dicā fugitare oculos tẏndare?
o me aspernari q̊si me nūq noueris?
sū seruus quā tu? &si ego domi lib fui.
uero seruitutē seruiuisti inalide;
nime miror is si te[36]) fugitat aut oculos tuos.
dit? q̊ istū appelles tẏndarū ꝑphilocrate;
me rabiosus habitus est inalide?
stic fabuletr aures[37]) immittas tuas;
astis insectatus est domi matrē & patrē.
i qui sputatr morb; int dū uenit;

36) Ante hunc versum reliquiae sunt versus 523.
37) *si* m. II.
38) *aures* ex *auris* m. I.

ab istoc ꝑcul recedas; EG̃. Vltro istū ame; AR̃. ain?
uerbero.
ū atq. insectatū esse hastis meū memoras patrem.
rbū nⁱ esse ut qui me opus sit insputarier?
e. multos iste morb; homines macerat?

Dolendum sane quod hic codex non integer ad nos pervenit: qui si meliorem fortunam expertus esset, librum haberemus cum J plane gemellum, unde quid librarius peccavisset, quid ex communi fonte haustum esset certissime appareret. Nam quamvis non discrepent nisi levissimis in rebus, tamen veri simile non est J ex Ottoboniano esse transcriptum. Inde igitur cum possis conicere originem duxisse Burneianum, commode accidit quod falsam hanc esse coniecturam mihi contigit demonstrare. Cohaerere enim codicem Burneianum cum Palatino tertio Parei, quem nunc inter Vaticanos esse Palatinum 1614 numero signatum docuit Ritschelius Opusc. philol. vol. II p. 236, hae tibi persuadebunt scripturae prorsus eodem modo in utroque exstantes: Epid. I 1, 5 *quod esse assolet* (pro *quod eo assolet*); I 1, 24 *dyonigrem* (pro *digniorem*); I 1, 26 *viminum* (pro *viminei*); I 1, 28 *pol ita* (pro *pol illa*); I 1, 35 *scruptariis* (pro *scutariis*); I 1, 37 *ipse tibi* (pro *ipse ubi*). Sed alterum ne credas esse ex altero transcriptum eo prohiberis, quod Epidici illi versus, quos supra attuli, in Palatino desiderantur. Sequitur ut tertius eiusdem generis exstiterit codex, in cuius margine illi versus erant adnotati, unde fluxerunt et Palatinus et Burneianus: Palatinus, antequam illud factum esset, postquam factum est, Burneianus. Neque tamen ad κρίσιν Plautinam quicquam valent et ipse vetus codex[38]) illorum versiculorum fons videtur fuisse[39]).

---

39) Palatinum codicem olim in Germania fuisse nemo nescit; idemque in Burneianum cadere videtur. Ex B′ autem illi versus eodem modo poterant hauriri quo uberrima excerpta codicis Palatini 1042 (septimus is est Parei) membran. saec. XII vel potius XIII, ut Loewio videtur, de quo cf. Ritschelii Opusc. philol. vol. II p. 131 coll. p. 162. Quod initio suspicatus eram, ex hoc ipso codice illos fluxisse versus, fefellit me opinio, cum ibi sic exstent (f. 77ʳ):

§ 4. De ceteris codicibus.

Exscripsi supra locum quo quid Ritschelius de J codice senserit significatur. Quae quamquam in universum ipse defendi, in eo tamen mihi longius ille videtur progressus esse, quod confidenter negavit ex J ceteros esse haustos eorumque proprium fontem constituit. Quam sententiam iam Wagnerus impugnavit, cum p. X plerosque libros ad J referendos esse pronuntiaret. Ei ita assentior, ut ad J vel gemellum cum eo codicem pertinere existimem codices octo priorum fabularum quotquot mihi innotuerunt ad unum omnes, quorum numerus est quadraginta tres[40]).

Epid.' Epidice nisi q̣ (i) tibi in tete auxilii est absumptus es. tantę inte
Inpendent ruinę nisi suffulcis firmiter non potis subsistere.

40) 'Quam sit inutilis codex Burneianus ut prorsus in oculos incurrat, adiunxi triginta versuum primae Epidici scaenae discrepantes scripturae ratione habita editionis Geppertianae: 1. prehendit. 2. hodio est. 3. thespiro. TE. ho. 4. epidicum ego conspicor. 5. certe oculis uteris. TE. salve. 7. quod esse assolet. 9. quid magis ut velis. TE. exemplum adesse intelligo. EP. heuge. 10. agilior. hac. 13. te *deest.* 14. curculio occepi. 15. succura. 16. quidem. quovis. 17. perpetuon. volent. 18. caprigenum non placet. panterinum. 19. ut illa respondeas probe. 20. quid herilis filius noster valet. TE. pugilice atque adhelice. 21. tuo adventu adtulisti. 22. adveni. 24. mihi *deest.* reditur. 26. quem dices dyonigrem. hodie. 27. adest. 28. viminum. 29. aliud *deest.* sunt arma stratiphochi. 30. pol ita. — Ceterum moneo v. 71 G. recte eum exhibere *turbulentas* eundemque v. 91 *depoliet*, quod coniecit Palmerius.

41) Sunt autem hi: 1—7 Parisini 7888, 7890, 7891, 7892, 7894, 8183, 8184; — 8—11 Leidenses Voss. Lat. Q⁰ No. 22, Voss. Lat. Q⁰ No. 30, Bibl. Publ. Lat. No. 53, Bibl. Publ. Lat. No. 60; — 12—24 Florentini Laurent. plut. XXXVI 40, 42, 43 (saec. XIV), 44 (saec. XIV), 45, 47 (saec. XIV), 48, IXC sup. 12; IXC inf. 11 (*sedecim fabularum*), cod. Rediani 9, 168, Riccard. 661, 533 (saec. XV/XVI), 3143; — 25—32 Romani Vaticani Palat. 1616 (Parei I), 1617 (Parei II), 1614 (Parei III), 1618 (Parei IV), 1612 (Parei V), 1619 (Parei VI); Barberinus IX 1; Angelicanus T. 6. 10; — 33—40 Londinenses Arundel. 338 (cf. Hildyardi praef. Aul. p. XIII), Harleiani 2476, 2634, 2776, 3439, 4704 (saec. XIV), 5285, Ms. regalis 15 A XVIII; — 41. 42 Guelferbytani 141, 335; — 43 Vindobonensis 110/91. — Sciendum est autem eos codices de quorum aetate nihil notavi pertinere ad saec. XV. Excerpta mihi benigne miserunt ex Parisinis Ludovico Ieepio intercedente M. Bonnetus, ex Leidensibus Gulielmus du Rieu, ex Florentinis et Romanis Gustavus Loewe, ex Londinensibus idem vir doctus qui J codicem con-

Qua affinitate singuli inter se cohaereant codices, id enucleare qui volet vereor ne oleum et operam perdat. Quamquam non desunt vestigia, quae secuti fontes unde singuli libri manaverint indagare poterimus. Velut hic illic Curculionis versus I 3, 5 sq. tales circumferuntur:

Ubi tu es qui me convadatus veneriis vadimoniis
Ubi tu es qui me libello venerio citavisti ecce me e. q. s.

quorum posteriorem meram interpolationem esse neminem fugiet[41]). Unde apparet ad eundem fontem redire Guelfer-

---

tulit, ex Vindobonensi H. Sedlmayer. — Guelferbytanus 141, olim Helmstadiensis, idem est ex quo excerpta nonnulla dedit R. Ricklefs; cf. Wiedeburg 'philol. paedag. magazin' a. 1791 partis alterius p. 101 sqq. Quam bene ille calluerit crisin Plautinam inde apparet, quod codicem maxime cum manu scriptis libris 'Palladii' concinere affirmat. Nempe cum invenisset saepe apud Pareum hanc adnotationem: 'ita mss. Pall.', Palladium quendam sibi excogitavit.

41) Idem dicendum est de versibus quos I. Baptista Pius post Amphitr. v. 824 in codice reverendae fidei se invenisse refert hosce:

AM. Qui testes? AL. Testes. AM. Quid testicularis? uno sat est.
Nec nobis praesente aliquis nisi servus Africanus. In actione
Adest si hunc absentem invenerit puer.

quos pannos esse misere consutos ex Nonio dudum intellectum est. Similiter cavendum est ne ad antiquitatem referamus versiculos insulsos, quos post Epid. I 2, 5 BJ praebent, itemque quos post III 4, 80 exhibent, quippe quos vel hic unus damnet versus:

Me impune irrisum esse habitum, depeculatum eis

cum neque 'dĕpecŭlatum eis' neque, quod Buechelerus commendavit, 'depecŭlatui. ‖ Mei sic' e. q. s. propter prosodiam ferri possint. Sed his non addendi sunt Epid. IV 2, 27 sqq.:

Quibus de signis agnoscebas? PER. Nullis. PHIL. Qua re filiam
Credidisti nostram? PER. Servos Epidicus dixit mihi.
PHIL. Quid si servo aliter visum est, non poteras novisse, obsecro?

qui versus quamvis omissi in Ambrosiano tamen necessarii sunt propter versum antecedentem et sequentem, qui nisi quae in BJ interposita sunt servantur male cohaerent. Videntur oculi aberravisse propter similia initia versuum 26, 29, 30:

Quid ob eam
Quid si servo
Quid ego qui

Quamquam de restituendis versibus 26 et 29 incertus sum.

bytanum 141, Laurentianum XXXVI 40, Leidensem 53, Palatinum I. Sed magis iuvat videre ex D codice in Germania saec. XV ineunte reperto et a Nicolao Trevirensi in Italiam translato nonnulla in octo priorum fabularum traditionem esse transvecta. Cuius rei vestigia quamquam nulla in Aulularia et Captivis, nonnulla tamen in Amphitruone et satis multa eaque certissima in Asinaria deprehendi. Velut v. 16 sqq. in J fere tales sunt:

Sicut tuum vis unicum gnatum tuae
Superesse vitae sospitem et superstitem
Perque illam quam tu metuis uxorem tuam e. q. s.

omisso versu hoc post 17:

Ita ted obtestor per senectutem tuam.

In eodem codice desiderari v. 105

Quid si forte in insidias devenero

supra diximus. Eosdem igitur omittunt versus satis multi libri, velut Laurentianus plut. XXXVI 43, 44, 45, 47; Palat. 1618, 1612; Riccard. 3143; alii. Contra in aliis uterque exstat, ut Laurentiano plut. XXXVI 42; Guelferbytano 335; in nonnullis margini sunt adscripti, ut Laurentiano plut. XXXVI 40; Burneiano 227. Sed ubiubi Asin. v. 18 exstat, ita exhibetur:

Ita te obtestor per senectutem tuam

quae B codicis scriptura est (*itate*). Quod si nihilo minus ex D illos haustos dixi, id me commovet, quod in nullo codice saeculo XV antiquiore apparent, sed in eis tantum qui saec. XV exarati sunt.

Veniendum nunc ad eos Plauti codices qui viginti fabulas continent, quo ex numero duodecim posteriores redire ad D non est quod post Ritschelium denuo ostendam[42]), priores autem ad J fontem referendas esse inquirenti[43]) mihi primo

42) Cf. Opusc. philol. vol. II p. 19.

43) Praesto mihi fuerunt excerpta ex codicibus hisce: Burneiano 228, Parisino 7889, Laurentianis plut. XXXVI 36, 37, 38, 39 (de quibus cf. Ritschelii praef. ad Bacch. p. VI sq.); Leidensi (cf. Ritschelii praef.

obtutu apparuit. Quod non ita intellegi volo, quasi ex ipso illo codice eas esse transcriptas censeam, praesertim cum ex eodem omnes fluxisse nullo modo sit veri simile: sed qualiscunque librariis praesto erat illius generis codex, eo usi sunt, ut adiectis duodecim posterioribus fabulis unum Plauti volumen efficerent. Nam quot constitui possunt genera librorum qui priores octo fabulas exhibent, in totidem fere discedunt ceteri, id quod exemplis demonstrare cum vix usui sit, chartae parcere malo.

Quod de codicibus viginti fabularum dixi, idem valet de editione principe[44]) quae prodiit Venetiis a CIƆCCCCLXXII, sive ex uno codice facta est sive ex duobus. Eodem denique fonte nituntur editiones usque ad Camerarianam omnes.

CAPVT ALTERVM.

§ 1. Glossemata.

Amphitr. 678 J miram hanc exhibet scripturam: *thebani uero aliter uirorum ificant rummificant*, quae quo spectet disces ex B: *thebani uerorũ mifieant* (ri *written above*). Contaminatae igitur sunt duae lectiones, quod idem in D factum est Asin. 626: *loquere ł quid qđ.* Similiter corruptus est Amphitr. v. 647, ubi B exhibet: *ut meus uictor uir belli redeat*; (in margine *at. elueat* m. II), quae talia sunt in J: *belli reducat* (= $\overset{\text{clueat}}{\text{redeat}}$), atque in D: *belli*$^{\text{ut}}$ *d*$\overset{\text{e}}{\text{u}}$*cat* (*ut* = *vel*). Voluit igitur manus

---

Mil. gl. p. XIV); fragmentis Mediolanensibus (vide Opusc. philol. vol. II p. 237, ubi corrige notam ita: H 75 inf. et H 25 inf.); Vindobonensibus 111 et 3168; Barberino 2161 (IX 22) (cf. praef. Mil. gl. p. XIII); Vaticanis 1629 et 1633 (cf. praef. Trin.[1] p. XXXIV sq.). Praeterea inspexi codicem Lipsiensem et Etruscum, de quo vide praef. Trin.[1] p. XXXIII.

44) Doleo quod de octo priorum fabularum editione principe (cf. Opusc. philol. vol. II p. 34 sq.) nihil referre possum: quamquam quin ad vulgatos libros redeat nullus dubito.

secunda *redeat*[1]). Idem haud scio an statuendum sit Amphitr. v. 929, quem ita J exhibet:

Iuben michi ut comites. IV. Sanan es? AL. Si non iubes e. q. s.

collata hac codicum BD memoria: *Iuben mi ire comites*, ut plena codicis J scriptura talis fuerit:

Iuben mihi vel ire comites.

Videtur igitur non sine causa delevisse Fleckeisenus *ire* vocem, quamvis dissuadeat C. F. W. Muellerus 'Plaut. Pros.' p. 115.

Quaerendum est num forte eodem spectet Epid. V 2, 14, quem ita B exhibet:

Dum sine me quaeras mea causa uel medio in mari

atque J:

Dum sine mequeras. mea causa uel inmedio inmari

Deest enim illud *vel* in A, ubi haec legit Loewius:

DU . . . . SQUAERASMEACAUSAMEDIOINMARI

Quae si comparaveris cum B et J, non improbabile videbitur opinio, horum scripturam ita esse intellegendam: *medio* (*vel in medio*) *in mari*. Simul moneo non recte Guyetum *quaeras* inseruisse post *causa*, sed tale quid potius videri exstitisse:

Dúm tu sine me quaéras, quaeras meá causa medio ín mari.

Similiter hic illic Ambrosianus est corruptus, velut Epid. III 4, 67, ubi MULIEREMFIDICINAM exhibet, quorum alterum pro altero poni potest. Graviores indidem maculae adspersae sunt secundi actus eiusdem fabulae primo cantico, quod ita incipit in A:

---

1) Nescio an huc pertineat scriptura, quam J Asinariae v. 249 habet *non te melius ꝉ*. Sed quamquam potest olim exstitisse *non te melius vel nunc*, tamen posse etiam ꝉ ex *t* ortum esse (*meliust*) quis negaverit? Sic Asin. 472 exstat in J: *impuren i. bili*, quod ex *impure, nihili* factum esse facile quivis intellegit.

19 PLERIQ·KOMINESQUOSCUMNIKILREFERTPUDET
1 UBIPUDENDUMESTIBIEOSDESERITPUDOR
2 QUOMUSUSTUTPUDEAT
3 ISADEOTUESQUIDESTQUODPUDENDUMSIET
4 GENERENATAMBONOPAREMDOMUM PAUPEREM
5 DUCERETEUXOREM
6 PRAESERTIMEAMQUAEXTIBICOMMEMORESKANCQUAEDOMOST
7 FILIAMPROGNATAM

Primus versus claudit paginam; nova incipit ab 'ubi pudendum est'. Versu 4 *pauperem* correctura est vocis *parem* in fine manu I adnotata. Obiter iudicanti omnia recte se habere videbuntur, cum verbis 'ubi pudendum est ibi eos deserit pudor' prorsus respondeant haec: 'genere natam bono pauperem domum', versus 2 autem versui 5. Diligentius tamen reputanti tota haec artificiosa divisio corruit. Rectissime enim Kiesslingius Mus. Rhen. vol. 24 (a. 1869) p. 119 'ubi pudendum est' et 'quom usust ut pudeat' simul ferri posse negavit, cum alterum pro altero poni nec metrum vetet nec sententia. Videtur autem 'ubi pudendum est' varia scriptura esse, quae aliunde hausta atque in margine vel supra versum adnotata postea in verborum irrepsit continuitatem. Qua expulsa et transposita *te* vocula elegans evadit versuum haec distributio:

Plérique homines quós, quom nil refért, pudet, quom usúst ut pudeant,
Íbi eos deserít pudor[2]).
Ís adeo tu és. Quid est quód pudendúm siet
Génere natám bono paúperem té domum
Dúcere uxórem, praesértim eam, qua éx tibi
Cómmemores hanc quaé domist
Fíliam prognátam?

2) Iambicos senarios Kiesslingius discribit hosce:
Pleríque homones quós quom nil refért pudet,
Quom usúst ut pudeat, íbi eos deserít pudor.
Trochaicum octonarium esse primum versum dudum statuit Hermannus Elem. doctr. metr. p. 315, *omnes* post *plerique* inserens. Mira protulerunt Crainius in Diar. gymn. vol. XX (a. 1866) p. 483 et Spengelius 'T. Maccius Plautus' p. 166. *pudeant* scripsi cum Lachm. ad Prop. p. 155.

Pergo nunc ad aliam interpolationis detegendae viam. Amphitr. v. 339 sq. tales in libris circumferuntur:

Verum certum est confidenter hominem contra conloqui
Igitur qui possim videre huic fortis a me ut abstineat
manum.

Deleverunt viri docti *igitur* metro flagitante. Quod si recte fecerunt, manum interpretis deprehendimus indicantis quo contineretur vinculo posterior versus cum priore. Praeter hoc exemplum duo alia traduntur, ubi *igitur* tam miro modo usurpatur; nam si sensum habet, certe idem significat quod alibi *ea causa* vel *ita quidem*[3]). Alterum exemplum Epidici est, ubi III 3, 1 sqq. fere ita libris exhibentur:

Non oris causa modo hominis aequom fuit
Sibi habere speculum, ubi os contemplarent suom,
Sed id qui (sibi id qui J) perspicere possent cor sapientiae
Igitur perspicere ut possint cordis copiam.

Sed rectissime viri docti tertium et quartum versum in hunc videntur contraxisse:

Sed [id] quí perspicere póssent cordis cópiam.[4])

Iterum igitur interpretis manum deprehendimus adnotantis haec: 'igitur perspicere ut possent cor, sapientiae copiam', unde librorum manu scriptorum lectio conglutinata est.

Iam ad tertium locum accedendum est haud absimilem eorum quos tractavi. Asinar. v. 249 sqq. vulgo ita exhibentur:

Hércle vero, Líbane, nunc te méliust expergíscier
Átque argento cómparando fíngere fallaciam.

---

3) Cf. Holtze Synt. prisc. script. lat. vol. II p. 366 et Hand Turs. vol. III p. 187.

4) *id* delendum est; oculi librarii aberraverunt in sequentem versum:

Ubi id ínspexissent e. q. s.

Quem sequi voluit versum Geppertus

Fuit cónducibile hoc quídem mea senténtia

eum, cum de necessitate transponendi nullus dubitem (in libris exstat post v. 11), post v. 6 ponendum iudico cum Brixio; cf. Fleckeiseni Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 761.

Iám diust factum, quóm discesti áb ero atque abiisti ád forum,
Ígitur inveniúndo argento ut fíngeres falláciam.

Alterutrum versum exturbandum esse facile apparet. Ipse olim alios secutus priorem damnavi (cf. Acta soc. phil. Lips. vol. VI p. 236 adn.); quem quamquam nunc quoque ita a Plauto profectum esse nego, tamen propter ipsum illud *igitur* perquam mirum posteriorem nunc in suspitionem vocandum esse video. Quae si probabiliter videbor disputavisse, a Plauto certe ille usus *igitur* vocis alienus est.

Ut his locis in ipsa elocutione vestigia interpolationum deteximus, ita alibi eo res conficitur, quod aperte demonstrari potest, unde sua interpolator sit mutuatus. Velut Epid. I 1, 80 sqq. ita dat vetus codex:

Ego miser·ppuli meis dolis
Senem. ut censer& suam sese emere filiam. Is suo filio fidicinam
Emit. quam ipse amat. quam abiens mandauit mihi.
Si sibi nunc alterā ablegione abduxit animi causa. coriū pdidi.
Nā/// ubi senex senserit sibi data ēē uerba. uirgis dorsū despoli& meum.

Quibus cum verbis fere consentit J, nisi quod *abduxi* exhibet et *sibi* pro *si sibi*. Quod si Geppertus dicit se in discriptione versuum 82—91 secutum esse Ambrosianum, id certe addere debuit, ibi versiculos 'is suo filio' et sim. in duos semper divisos esse, ut singuli cretici singulis contineantur versibus. Omnino autem in palimpsesto haec legi potuerunt:

9 MEISDOLISSEN
10
11
12 FIDICIN
13 S
14
15
16 SIBIDATAESSEUE

Initia versuum 10, 11, 14, 15 vacua sunt, unde apparet

v. 10 continuisse verba *is suo*, v. 11 *filio*, et probabile fit v. 14 scriptum fuisse *nam ubi senex*, v. 15 *senserit*. Dubitare autem licet de versibus 12 et 13, quorum spatium angustius est quam quod capiat verba 'fidicinam emit quam ipse amat quam abiens mandavit mihi. si sibi nunc alteram a legione abduxit animi causa corium perdidi': ibi videntur duo longiores versus scripti fuisse, quorum posterior a *si sibi* vel *sibi* initium ceperit. Unde conicio totum locum ita esse conformandum:

Égo miser pérpuli
Meís dolis senem, út censeret suám sese emere fíliam.
Ís suo fílio
Fídicinam emit quam ílle amabat, quam ábiens mandavít mihi.
Síbi nunc alteram áb legione abdúxit: corium pérdidi.
Nam úbi senex sénserit
Síbi data esse vérba, virgis dórsum dispoliét meum.

Cur haec potissimum verba damnaverim, docet eiusdem scaenae v. 45:

EP. Cúr eam emit? THESP. Ánimi causa. EP. Quót illic homo animós habet?

Praeterea monendum est *si sibi* in B dittographia ortum esse, *dispoliet* autem me scripsisse cum Pareo, plerisque cum Palmerio *depoliet* praeferentibus. Sed nota res est quantopere Plautus composita a *dis-* incipientia amaverit.

Iam vero maioribus his absolutis glossematis ad aliam placet descendere quaestiunculam de apiscendi vocis usu Plautino, cum dici nequeat quoties exquisitior haec vox non modo apud Plautum, verum etiam apud alios veteres scriptores interpretamento obscurata sit[5]); namque *adipisci*, quod substituerunt, Plautus Terentiusque omnino videntur evitasse. Nihil probat Epid. II 2, 50, quem ita praebet Ambrosianus:

CANIQUOQ·ETIAMADEPTUSTNOMEN ‡ QUINUBEANT LACONICŨ

5) Tractavit hanc quaestiunculam ante me iam Kampmannus 'Annot. in Plauti Rud.' Olsn. 1830 p. 13, sed deficientibus codicum subsidiis.

Quinubeant exstare visum est, sed *in* litteris incertissimis; quod legit Geppertus *quiniubeant* locum habere vix potest. Ab Ambrosiani igitur memoria profectus Kiesslingius Mus. Rhen. vol. 24 (a. 1869) p. 120 talem constituit versum:

> *Cánis* quoque etiam *adéptust* nomen quém vocant Lacónicum.

Canis et *adeptust* ante Kiesslingium iam Heinsius coniecerat, quem rectissime impugnavit Gruterus. Quid enim? De vestium nominibus multiplicibus sermo est, non de nomine canibus indito. Quod certe in Kiesslingium quoque cadit. Itaque praeferenda est ceterorum librorum scriptura haec:

> Cáni quoque etiam *adémptumst* nomen. PER. Quí? EP. Vocant Lacónicum.

Ut hoc loco sententia, ita aliis repugnat metrum *adipiscendi* formae; velut Epid. V 2, 3 ita scribendus esse videtur:

> Táce! sine modo me hóminem *apisci.* AP. Díco ego hoc tibi iam út scias.

In A haec exstare videntur: $\overset{?}{\text{T}}\overset{?}{\text{A}}\overset{?}{\text{C}}\overset{?}{\text{E}}\overset{?}{\text{S}}\text{I}\overset{?}{\text{N}}\overset{?}{\text{E}}\overset{?}{\text{M}}$ODOME[6]), sed litteris sat incertis. B habet: *tace sis modo sine me* et *di* supra *apisci* scriptum; J *aspici.* Ceterum cf. Muellerum 'Plaut. Pros.' p. 742 et Luchsium in Studemundi Stud. vol. I p. 28.

Idem de Trinummi v. 367 iudicandum est:

> Nón aetate, vérum ingenio *apíscitur* sapiéntia.

Ita A; *adipiscitur*, quod est in BCD, falsum esse metrum docet, id quod iam a Mureto (V. l. XV 13) ante Reizium Hermannumque perspectum est.

Terentii Heautontim. IV 3, 15 (693):

> Deórum vitam *aptí sumus.* P. Frustra óperam opinor súmo.

Ita recte plerique codices; in Bembino est $\overset{de}{\textit{apti}}$ (*de* a m. post.), quod falsum est.

---

6) Unde probabile fit scripturam *tace sis modo me sine* ortam esse ex hac: *tace* $\overset{sis}{\textit{sine}}$ *modo me.* Sed quam proni fuerint librarii ad hanc addendam voculam, docet exempli causa Epid. III 4, 78 ubi A PROPERASISIGITUR pro eo quod ceteri libri praebent *propera igitur.*

Phorm. II 3, 59 (406):

Hic de eádem causa bís iudicium *apíscier*.

Ita Bentleius; *adipiscier* librorum (etiam Bembini) tollit metrum.

Capt. IV 1, 8 (775):

Síne sacris heréditatem *sum áptus* ecfertíssumam.

Ita B; *adeptus* J.

Turpilii v. 10:

Spíssum est iter: *apísci* haud possem nísi cum magna míseria.

Nam trochaice currere hunc versum, non iambice, quod visum est Bergkio, recte videtur Ribbeckius statuisse. In libris est *adipisci*.

Rud. prol. 17:

Qui hic lítem *apisci* póstulant peiúrio e. q. s.

Commemoravi hunc versum, quoniam ibi quoque quamquam in deterioribus tantum libris *adipisci* est; metro neutrum repugnat.

Notum est epigramma quod sepulcro suo incidendum reliquisse dicitur ipse Plautus apud Gellium I 24:

Postquam est mortem *aptus* Plautus, comoedia luget e. q. s.

Pro *aptus* in libris variae circumferuntur scripturae, inter quas *adeptus* est.

Itaque recte videtur Bothius Capt. III 1, 23 (483) ita edidisse:

Quíbus solebam ménstrualis épulas ante *apíscier*.

quamquam contra libros (in A hic versus non exstat); recteque Andr. II 1, 32 (332) Fleckeisenus:

Núptias ecfúgere ego istas málo quam tu *apíscier*.

In Bembino hic versus non est servatus: in Decurtato est *a . . piscier* in rasura; recte denique Iacobus Bothium secutus et Kampmannum (cf. Annot. in Rud. p. 13) Epid. I 1, 13 commendavit:

Víx *apiscendí* potestas módo fuit e. q. s.

Notandum est hoc loco A quoque exhibere *adipiscendi*, quod non magis mirum videtur quam *adipiscier* in Bembino Phorm. II 3, 59 traditum, unde discimus ne vetustissimos quidem codices prorsus hoc glossemate fuisse liberos.

Praeter *apiscendi* formam hic illic verbo composito *indipiscendi* usus est Plautus; cf. Stich. v. 563:

Sénex quidem voluít, si posset, *índipisci* dé cibo.

et Epid. III 4, 15:

Divítias magnas *índeptum* e. q. s.

Posteriore loco B *indēptum* habet, J *ademptum*, deteriores libri *adeptum*. Quae si reputaveris, nonne tibi videtur Plautus Captivorum versum IV 1, 13 (780) ita scripsisse:

Speróque me ob hunc núntium aevitérnum *indepturúm* cibum —?

adepturum BJ. Participium autem vel magis suspectum est quam ceterae formae; nam praeter hunc locum nusquam traditur [7]).

Iam duo restant ni fallor loci de quibus difficile est iudicare. Alter Terentii est, apud quem Phorm. II 3, 65 (412) haec exstant:

An ne hóc quidem ego *adipíscar*, quod ius públicumst?

Plauti alter, qui est Stichi versus 280:

Nunc tíbi potestas *ádipiscendist* glóriam, laudém, decus.

Quamquam priore versu facili coniectura possit *indipisci* scribi, quod a Terentiana prosodia minime abhorret. De Stichi autem versu quominus audacter sententiam proferamus, metri difficultate prohibemur. Sed cum versus artissime cohaereat cum eo qui insequitur (in libris ordo est inversus), suaviorem fore rythmum hoc quoque versu trochaice dimenso crediderim. Qua re vide num talis tibi placeat versus:

Núnc potestas tíbi apiscendist glóriam, laudém, decus.

---

7) Exstat *aptus* apud Pacuvium v. 168 Ribb.², Accium v. 436, Titinium v. 2 (*abtesimus*). Itaque dubito an non recte Ribbeckius Turpil. v. 209 *adeptus* coniecerit.

Expedivi hanc quaestiunculam lubricam sane et difficilem ut potui: num sic recte disputaverim alii diiudicent.

§ 2. Lacunae.

Richardum Muellerum in dissertatione 'de Plauti Epidico' scripta primam scaenam trochaicis septenariis compositam esse contendentem egregie opinionem fefellisse ut recte iudicaverunt docti, ita ii sunt vituperandi, qui tantùm non omnia admissa esse rati miram metrorum varietatem miro studio prosecuntur. Quin eo usque progressi sunt, ut medios inter septenarios octonariosque hic illic senarios iambicos poetam interposuisse crederent et ipsi interponerent librorum menda sublaturi. Velut ut exempla afferam hi senarii plausores invenerunt haud paucos (v. 44 sq.):

Nam cérto priusquam hinc ád legionem abiít domo,
Ipsús mandavit mi áb lenone ut fídicina e. q. s.

et v. 22 sq.:

te volo
Percóntari. operam da, ópera reddetúr tibi.[8])

---

8) Quibus adde v. 3, quem Engerus de pros. Pl. p. X talem refinxit:

Certe útere oculis. THESP. Sálve. EP. Di dent quaé velis.

et v. 9, quem ita edidit Beckerus (de com. Rom. fab. p. 11):

Quam quídem iam diu te pérdidisse opórtuit.

Priorem versum sic exhibet A:

Sátis recte oculis úteris.
Sálve. # di dent quaé velis.

et posteriorem ita:

Quám quidem te iámdiu
Pérdidisse opórtuit.

Sed fortasse praestat quod proposuit C. F. W. Muellerus 'Nachtr. zur Plaut. Pros.' p. 125:

Quám quidem te iámdiu edepol pérdidisse opórtuit.

Neque enim dici potest quantopere omnino voculis hic illic omissis a librariis peccatum sit. Saepius causa inde repetenda videtur, quod codicis verba a librario legi non potuerunt, ut necesse esset signo addito id indicari: cf. Epid. III 4, 50 et 51. Ut his locis Ambrosianus succurrit, ita idem accidit v. 68 eiusdem scaenae, ubi Studemundus et

Vide C. F. W. Muellerum 'Nachtr.' p. 125, Luchsium in Studemundi Stud. vol. I p. 54, alios. Quamquam versus 45 ne in libris quidem senarius est, cum sic incipiat: 'ipse mandavit mihi', quod trochaico numero accommodatissimum est. Iacobus ita supplevit[9]):

Ípse mihi mandávit *multis* áb lenone ut fídicina

Unde probabile fit in antecedenti quoque versu aliquid excidisse, velut tale:

Nám certo priúsquam hinc *Thebas* ád legionem abiít domo.[10])

Restat v. 22, quem variis conaminibus tentaverunt. Sed cum in A sit personae spatium post 'percunctari', ut Thesprioni tribuantur verba sequentia, quod fieri nequit, suspicor olim scriptum fuisse *Thesprio*, quod cum librarius pro personae nota haberet, omisit spatio relicto. Unde elegans evadit versus hic:

Pércontari, Thésprio! operam da: ópera reddetúr tibi.[11])

Loewius DICERE sibi elicere posse visi sunt. Similiter v. 71 ex A lux affulget cum AIUNT exhibeat, non AUDIUI, quod adnotavit Geppertus. Itaque rectissime Brixius Fleckeiseni Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 767 versum ita scribit:

Stratíppoclem aiunt Périphanai fílium.

9) Leopoldus Reinhardt in Studemundi Stud. vol. I p. 103 sq. hunc versum simul cum eo qui antecedit et duobus qui subsecuntur pro spuriis habet, quia pugnare videantur cum versibus 56 sq.:

Quía cotidie ípse ad me áb legione epístulas
Mittébat. sed taceam óptumumst e. q. s.

Quaerit enim Reinhardtus, quid id sit quod reticere velit servus modo omnem rem professus. Sed fallitur vir doctus. Ad spectatores illa locutus erat Epidicus, quorum causa fabula agebatur, et ab hac certe recensione vix possunt illi versus abesse.

10) Videtur membranae defectus causa lacunae esse, ut v. 41 sq. secundae scaenae primi actus (B):

Unde libet. nam ni //// ante solē occasum elo ......
Meam domum ne inbitastute inpistrinum ......

11) Idem factum esse statuit Bothius IV 1, 26, quem ita scribit:

Fábulata es. PHIL. Míra memoras Périphane. PER. Em, istuc réctius e. q. s.

Alia lacuna Epid. V 1, 33 sqq. statuenda esse videtur, qui tales sunt in BJ:

Iunulam (Innulam J) atque anellum aureolum indigitum (indigito J). MVLIER memini mi homo (mihõ J)
SERVVS Non~(num J) meministi me auream adte adferre (afferri J) natali die?
MVLIER Tu ne is es? SER̄ ego sum & istic frater tuus est alia matre (inaliamatre˙ B) uno ˙patre.
MVLIER Quid? pater meus uiuust (uiuus est J) e. q. s.

Errat Geppertus cum adnotat versum 'non meministi' e. q. s. in A bis exstare similibus deceptus initiis versuum 32 et 33. Legi autem poterant haec:

NONMEMINISTIMEAUREAMADTEADFERRENATALIDIE

LUNULAMATQ·ANELLUMAUREOLUMINDIGITUM#MEMINI

MIKOMO

TUNEISES#EGOETISTICFRATERQUITEMERCATUSTUUS

---

sed falsam esse hanc coniecturam non est quod post Muellerum Pros. Plaut. p. 577 adn. moneam. Quod idem suasit:

Fábulata's. PHIL. Át tu mira mémoras. PER. Em, istuc réctius

stare non potest propter Ambrosiani memoriam hanc:

FABULATAS#MIRAMEMORAS........EMISTUCRECTIUS

unde apparet tale vel simile quid olim exstitisse:

Fábulata's. PHIL. Míra memoras. PER. Quíd faciam? Em istuc réctiust.

Sequentem versum, quem ita supplet Muellerus:

Méministin me [té novisse. PHIL. Ubi?] PER. Ín Epidauro. PHIL. Ah gúttula

A ita exhibet:

MEMINISTIN#MEMINI#QUID........NTUEPIDAURO
KAGUTTULA

quem talem fuisse conieci:

Méministin? PHIL. Meminí. PER. Quid meministi? Ín Epidauro — PHIL. Ah gúttula

Hic paginae finis est; sequentis quid primus versus continuerit incertum est, sed certum, hunc secutum esse versum 36. Iam habemus hos versus:

Nón meministi me aúream ad te adférre natalí die
Lúnulam atque anéllum aureolum ín digitum. VIR. Meminí, mi homo.
Túne is es? EP. Ego sum ét istic frater quí te mercatúst tuos.

Iam facile quispiam coniecerit verba *alia matre, uno patre* esse interpolata, id quod quominus probabiliter statuatur, impedit Ambrosianus. Cuius in primo paginae versu quid exstiterit etsi legi nequit, tamen quis negabit probabile esse, versum sic exiisse:

. ália matre, unó patre —?

Videtur igitur in BJ lacuna esse statuenda.

Epid. I 1, 59 sqq. fere tales sunt in BJ:

Nescio edepol quid tu timidus es
Trepidas Epidice. ita voltum tuum videor videre commeruisse
Hic me absente in te aliquid mali.

Prioris versus tale constituit initium Augustus Luchs Hermae vol. VI (a. 1873) p. 273:

Nescío pol quid tu tímidu's. trepidas Épidice e. q. s.

In exitu pro *ita* Acidalius *uti*, Geppertus *ut* coniecerunt. Alterum autem versum a *video* incipere voluerunt viri docti adscita Camerarii et Gulielmii coniectura (*video* pro *videor*). Atque initia versuum recte constituta esse Ambrosianus docet, in quo haec apparent:

?
NESCIOEDE

UIDEORUIDER

Quae cum recte viderint viri docti, tamen vehementer dubito eodemne iure *videor* in Ambrosiano quoque traditum in *video* mutarint necne. Cf. Cistell. II 3, 1:

Audíre vocem vísa sum ante aedís modo

et Terentii Eun. III 2, 1:

Audíre vocem vísa sum modo mílitis.

Prorsus autem gemellum ex Ciceronis libri de amic. c. 12 attulerunt lexicographi: *Videre iam videor populum* e. q. s. Quo simul illud dubium fit, quod in exitu versus antecedentis *ita* in *ut* mutaverunt, cum praesertim 'ut voltum tuom video, videris' e. q. s. singulariter dicta esse nemo sit negaturus. Unde ni fallor non sine probabilitate colligitur intercidisse versiculum, quo servato et *ita* illud et *videor videre* haberent quo apte referrentur.

Maiorem mihi videor lacunam detexisse in Curculione fabula, cuius v. 236 sqq. ita edidit Fleckeisenus:

Sed quíd tibist? CA. Lien énecat, renés dolent,
Pulmónes distrahúntur, cruciatúr iecur,
Radíces cordis péreunt, hirae omnís dolent.
PA. Tum te ígitur morbus ágitat hepatiárius.
CA. Lién dierectust. PA. Ámbula: id lieni óptumumst.
CA. Facilést miserum inridére. PA. Quin tu aliquót dies
Perdúra, dum intestína exputescúnt tibi
Nunc dúm salsura sát bonast. si id féceris,
Veníre poteris íntestinis vílius.
CA. Aufér quaeso ista atque hóc responde quód rogo e.q.s.

Versum 240 libri post 244 exhibent; transposuit Acidalius. Ad v. 239 adnotavit Lambinus haec: '*morbus hepatarius*, hoc est morbus hepatis seu iecoris, *agitat*, hoc est vexat. Sed hic iocum aliquem subesse puto, idque coniicio ex lenonis responsione. Nam si nulla alia horum verborum sententia esset quam haec: tu igitur morbo iecoris affectus es, non responderet leno: *facilést miserum inridere.* Quae enim irrisio est in eo quod dicat aliquis, quempiam hepatis morbo tentari?' Lambini vestigia plerique secuti sunt velut Forcellinius, qui in lexico haec verba ita intellegit, ut hepar pro sede libidinis sit positum. Contra Acidalius cum cognosset v. 245 optime cohaerere cum v. 244, transponenda putavit

ea quae interiecta sunt. Vide sis eius divin. in Plauti Curcul. cap. III. Irrisionem autem in eo positam vult, quod Palinurus lenonem ambulare iubeat, non nesciens aegre illum pedes proferre posse. Sed quamquam unam ille expedivit loci difficultatem, tamen novam simul videtur invexisse illiusque quam Lambinus tetigit tam quam lacte lactist similem. Lienosis enim cum hoc praecipiat Celsus de med. IV 9: 'hoc vitium quies auget; itaque exercitatione et labore opus est' qui quaeso potest Palinurus inridere miserum, cui saluberrima det praecepta? Nisi forte credis lenonem omnino ambulare non iam potuisse, quod facile refutatur. Unde apparet hiare sententiam, licet Acidalii transpositionem comprobemus. Quod ipsum novo possum probare argumento.

Verba enim 'quin tu aliquot dies perdura, dum intestina exputescunt tibi' e. q. s. procul dubio ad aliud medicorum de eodem morbo praeceptum referendum esse et dudum intellectum est et monuit Mercklinius in 'Symb. exeg. ad Curcul. Plaut.' (Dorpati 1862) p. VI. 'Dulcia' ait Celsus, 'omnia inimica sunt; ...... edenda sunt salsamenta vel oleae vel ex muria dura'. Iubet autem Palinurus lenonem durare, donec intestina labefiant; quod statim fieri non posse, cum bene sint sallita, posse tamen fieri, si per paucos dies salsamentis abstinuerit; tum enim fore ut tanto minus veneat, quanti sola sint intestina.

Iam vide quam male haec Palinuri verba cum eis cohaereant, quae modo locutus est. Exspectares mentionem antea iniectam ciborum, quos leno ut ederet suaderet Palinurus. Velut cum negasset leno ambulationem sufficere ad morbum tollendum, poterat alterum ille proferre praeceptum et pergere leno, se hoc quoque iam satis superque frustra adhibuisse. Tum iocos ille incipit respondetque leno, facile esse miserum inridere, et persistit servus in irridendo.

Quae cum ita sint, cum et ante v. 241 desiderentur nonnulla et post versum 239, non dubito, quin versus 240 una cum eis qui interciderant a librario forte omissi et in margine additi sint, quorum unus in continuitatem verborum irrepsit.

Quae ut vera esse credam vel alia re commoveor. Vidimus enim qualia fuerint Celsi praecepta, in quibus ceteri medici cum eo non discrepant (confer exempla a Mercklinio prolata). Inter ea unum est Sereni Sammonici, qui c. 23 v. 429 haec habet:

Dulcia, Plautus ait, grandi minus apta lieni.

Idem Serenus saepius veterum scriptorum auctoritate nititur; commemorat enim Titinium (cf. Ribbeckium fragm. com. p. 159²) c. 59 v. 1046:

Alia praecepit Titini sententia necti e. q. s.

et Lucretium c. 30 v. 613:

Hoc poterit quartus magni monstrare Lucreti e. q. s.

et Varronem c. 46 v. 850:

Varronis fuit ista senis sententia e. q. s.

denique Livium c. 39 v. 728:

Tertia namque Titi simul et centesima Livi
Charta docet e. q. s.

Quae testimonia ideo collegi, ne quis temere auctoritatem Sereni in afferendis eis quae supra posui spernat. Quodsi viri docti coniecerunt novum illa verba esse Plauti fragmentum, ego potius ex ipso illo Curculionis loco desumpta esse crediderim, cui optime conveniant. Quemadmodum Plautus ea dederit, id enucleare velle ludentis sit, non argumentantis[12]).

Maiorem lacunam post Epid. II 2, 5 esse statuendam dudum vidit R. Muellerus l. c. p. 16 sq. Post hos enim versus:

---

12) Ipse lusi haec:

Nam grándi lieni mínus sunt apta dúlcia.

Sed dici nequit quantopere omnino posterioris aetatis scriptores, non poetae tantum, Plauti verba lacunosa vel pro loci sententia immutata adhibuerint, ut perperam viri docti ex Ammiani (XV 13, 3) verbis hisce: 'abiecte ignavus et, ut ait comicus, arte despecta furtorum *rapiens propalam*' novum poetae comici fragmentum expiscati esse videantur, quippe quae spectent ad Epid. I 1, 10. Cf. O. Seyffertum Philol. vol. XXIX (a. 1869) p. 409 et O. Ribbeckium fragm. com. p. XLV².

Sed eccum ípsum. ante aedis cónspicor qualís volo vetulós duo.
Iam ego mé convortam in hirúdinem atque eorum éxsugebo sánguinem.
Senáti qui columén cluent.

fieri non potest ut statim sequatur talis:

AP. Cóntinuo ut marítus fiat. PER. Laúdo consiliúm tuom.

Sed Muellero cum exstiterint nuper qui obloquerentur, commemoro ipsius Ambrosiani testimonio adminiculum illi coniecturae parari. Ibi enim prima Epidici pars ita distributa est:

Aa (Finis Cistellariae)
313. 314. I 1, 1—11; 12—25
Bb
465. 466. I 1, 50—63 (?); 64 (?)—75
469[d]. 470[d]. I 1, 76—86; 87—I 2, 10
Cc
319. 320. I 2, 47—II 1, 1; 2—II 2, 2
Dd

Hic est quaternio XXXIII; insequens autem incipit a II 2, 30, cuius servata sunt haec:

195. 196. II 2, 30—48; 49—66
Ee
Ff
Gg
Hh
Ji
Kk
205. 206. III 4, 14—32; 33—50.

Paginae Dd igitur continuerunt v. II 2, 3—29, quorum dimidia plus parte trochaicis septenariis constat non interruptis, ut fieri vix possit quin nonnulla desiderentur. De aliis eiusdem fabulae lacunis alio loco agendum erit.

§ 3. Versus transponendi.

Quantopere in Plautinis fabulis peccatum sit versibus perperam de loco submotis[13]) notum est omnibus qui vel paucas accurate tractaverunt. Placet hic ex Epidico duo exempla proponere.

Post III 3, 49 secuntur in BJ hi versus:

Atqu, haec stultia st (stulticia est J) me illi uicio (vitio J) uortere (uertere J). egomet quod factitaui inadulescentia
cum militabam pugnis memorandis meis. eradicabā hominū
Aure///s (aureis J) quando occeperam. S' qs hic ẽ e. q. s.

In J deest v. 2 *inadulescentia*, in margine est *adulescentiam*, unde in falsum locum irrepsit in deterioribus libris. Quos versus eo quo traditi sunt loco ferri non posse nemo negabit, transpositique sunt dudum ab Acidalio post III 4, 19. Hanc autem qui amplexi sunt coniecturam, eos necesse est statuere eandem iam Ambrosianum labem traxisse, qui quartam scaenam a versu 14 prorsus pari cum BJ ordine exhibet. Sed licet dubitare, num forte rectius post versum 11 eiusdem scaenae collocentur, ubi aliquid turbatum esse videtur. Quod utut erit, de ipsa transponendi necessitate stat iudicium.

Certius iudicari posse existimo de Epid. I 1, 27 sqq., quos tales edidit Geppertus:

Sed quid ais? THESP. Quid aliud rogas? EP. Ubi arma sunt Stratippocli? 27
THESP. Pol illa ad hostes transfugerunt? EP. Armane? THESP. Atque quidem cito.
EP. Serione dicis istuc? THESP. Serio, inquam: hostes habent.
EP. Edepol facinus improbum! THESP. At iam ante alii fecerunt idem. 30
Erit illi illa res honori. EP. Qui? THESP. Quia ante aliis fuit.

---

13) Luculentissimum exemplum praebet Asin. V 2, ubi v. 893–906 Fleckeiseni hoc ordine in BD exhibentur: 893. 895. 898. 901. 902. 903. 894. 899. 900. 896. 897. 904. 905. 906. 895 (in marg.) 898 (in marg.). Nec discrepat J, nisi quod omittit versus in margine adscriptos; cf. p. 74.

Mulciber, credo, arma fecit, quae habuit Stratippocles:
Travolaverunt ad hostis. EP. Tum ille prognatus Theti
Sine perdat: alia apportabunt eei Nerei filiae.
Id modo videndùmst ut materies suppetat scutariis,
Si in singulis stipendiis ad hostes exuvias dabit.
THESP. Supersede istis rebus. EP. Em, tu ipse, ubi lubet, finem face.
THESP. Desiste percontarier e. q. s.

Versus 27 Geppertus *aliud* addidit; mihi potius tale quid quale *eloquere* ante *ubi* videtur intercidisse. V. 28 *atque equidem* scribendum esse dixi in Actis soc. philol. Lips. vol. VI p. 239, sed post Luchsium. *istuc* v. 29 Gruterus coniecit; idem post illum Brixius emend. Plaut. p. 9; Camerarius *haec tu*; *tu* libri. V. 31 *ante* in J exstat; *antea* B. V. 34 transponendum puto *Nerei ei* cum Muellero 'Plaut. Pros.' p. 460. Versu 37 *em* Gepperti est; quod in libris exstat: *supersede istis rebus iam. EP. Tu ipse* defendi posse puto.

Sed absolutis his pusillis rebus ad graviorem accedamus quaestionem, in qua dissolvenda haud mediocriter desudaverunt viri docti. Erant qui vituperarent Plautum, quod oscitanter haec scripsisset, cum arma, quibus Hector potitus esset, a Vulcano fabricata non essent. Quibus oblocuti sunt Dousa Centur. p. 180 et Rostius Opusc. Plaut. I p. 104. Sed iam dudum intellexerat Muretus V. l. X c. 10 alludi versu 32 ad lepidissimam Homeri de tripodibus Vulcani narratiunculam, quode vide etiam Kiesslingium Mus. Rhen. vol. 24 (a. 1869) p. 119: quod perperam reiecit Geppertus 'Plaut. Stud.' vol. I p. 63. Unde apparet versus 32 sq. cum v. 28 sententiae vinculo artissimo conecti. Porro dubitaverunt viri docti de versibus apte distribuendis ita, ut nullam viam non ingrederentur. Sed qualicunque usi sunt ratione, nonnulla restabant quae sententiarum nexum turbarent. Velut rectissime monet Reinhardtus in Fleckeiseni Nov. ann. vol. 111 (a. 1875) p. 199, abhorrere versus 35 sq. a colore eorum qui praecedant. Neque minus molestum est, ut iam significavi, quod Thesprio v. 32 ad rem quam modo absolverat redit, ut quasi sua sponte excidant qui interpositi sunt v. 33—35. Sed quid eis fiet? Transponendi sunt, quo pertinent, post v. 28.

Iam vero neque *Achili* v. 30 cum Mureto, neque cum Kiesslingio v. 32 *Achilli* scribendum videtur. Namque alludit poeta ad rem, quae ut nobis ignota est ita illo tempore multorum in ore erat [14]). Totum igitur locum sic refingendum propono:

Sed quíd ais? THESP. Quid rogás? EP. Eloquere
ubi árma sunt Stratíppocli?
THESP. Pól illa ad hostis tránsfugerunt. EP. Ármane? TH.
Atque equidém cito.
EP. Múlciber credo árma fecit, quaé habuit Stratíppocles:
Trávolaverúnt ad hostis. THESP. Túm ille prognatúst Theti.
Síne perdat: alia ádportabunt Nérei ei fíliae.
EP. Sérione dícis istuc? THESP. Sério, inquam, hostés habent.
EP. Édepol facinus ínprobum. THESP. At iam ante álii fecerúnt idem.
Érit illa illi rés honori. EP. Quí? THESP. Quia ante aliís fuit.
EP. Id módo videndumst út materies súppetat scutáriis [15]),

---

14) Cf. Schmiederi verba haec: 'taxat favorem Romanorum iniquum erga nonnullos, quorum culpa res erat male gesta. Caium, opinor, Terentium Varronem in mente habet, cladis Cannensis auctorem temerarium?' Quamquam iusto longius Schmiederum progressum esse in propatulo est.

15) Fortasse verba 'Id modo — dabit' Thesprioni tribuenda sunt, ut ad Epidicum pertineant 'supersede — iam' et dein sequentia ad Thesprionem. Pro *scutariis* exhibent *scrutariis* B (in margine *scutariis*) *scrutariis* J. In Langianis erat *scurtariis*, quod defendit Meursius Exercit. crit. p. 105 adscitis formis *Casmena, dusmosus*, aliis. Simul ille Bacchidum v. 72 ita scribit:

Úbi mi pro equo léctus detur, scórtum pro scurto áccubet.

ubi *scutum* est in libris. Contrariam viam Schoellius ingressus (cf. Divinat. in Plauti Truc. p. 46) *scurtum* pro *scurto* proposuit memor eiusdem fabulae versus 1189, ubi *scurtum* in B pro *scortum* exhibetur; favetque huic coniecturae usus linguae vulgaris, quae saepissime *u* pro *o* ante *r* litteram inprimis cum consonante iunctam habet. Cf. exempla quae collegit Corssenus vol. II p. 167², Schuchardtus vol. II p. 120 sq., denique quae ex glossariis attulit Gustavus Loewe Prodromi p. 360 sq. Idem fit ante simplicem litteram *r*, ut ab hac certe ratione non sit

Si in síngulis stipéndiis ad hóstis exuviás dabit.
THESP. Supérsede istis rébus iam. EP. Tu ipse úbi lubet
finém face.
THESP. Desíste percontárier e. q. s.'

Inest summa facetia in Epidici verbis (v. 29 sq.) cum dicit Vulcanum videri arma Stratippoclis fabricasse, quippe quae αὐτόματα ad hostem transvolassent. Nec cedit Thesprio conservo iocanti ipse quoque ex Homero proferens exemplum, donec Epidicus iam satis esse nugarum ratus interrogat serione ille an ioco haec dixerit[16]). Neque puto 'arma' vocem ter repetitam tantae esse offensioni, ut coniecturae meae infringat probabilitatem.

---

cur cum Scaligero Epid. I 2, 16 *forno mersos quam foro* scribamus pro *furno* e. q. s. (sed accedunt alia; cf. Buechelerum Nov. annal. vol. 105 [a. 1872] p. 117); idem porro fit ante *l*, ut nihil probent Pseuduli v. 1205 et 1244 (Pseudulum — dolum) contra *Pseudulus* scripturam (cf. C. I. L. I 200: *dulo*). Namque fieri potuit ut pronuntiaretur *u*, quamvis nondum scriberetur. Ad ipsam rem hoc perinde valet.

16) Certe haec de 'dictis melioribus' petita esse videntur nec ad illos iocos pertinent servorum Plautinorum, unde postea homines procaces et humiles nomen invenerunt. Nam huc existimo spectare Minucii Felicis illa verba, quibus Octavius 'homo Plautinae prosapiae' vocetur (14, 1), non ad humilitatem generis, ex quo ortus sit poeta; eodemque referendae sunt 'Plautinae familiae' apud Hieronymum (tom. I p. 230 ed. Vallars.) et 'Plautinae familiae columen' (tom. I p. 236). Data hoc occasione moneo Hieronymum cum Plautum faceret veterum comicorum interpretem (tom. I p. 309) Ciceronis de off. I 104 verbis in errorem esse ductum hisce: 'Duplex omnino est iocandi genus: unum inliberale petulans flagitiosum obscenum, alterum elegans urbanum ingeniosum facetum: quo genere non modo Plautus noster et Atticorum antiqua comoedia, sed etiam philosophorum Socraticorum libri referti sunt.'

CAPUT TERTIUM.

Epidici scaena prima emendata et adnotatione critica instructa.

Praemonenda.

Ne quis dubitet, quemadmodum ea quae ex Ambrosiano proferam intellegenda sint, haec praemitto. Litterae, quibus puncta subscripsi, prorsus aut superinducta nova scriptura obscuratae, aut membranae defectu absorptae sunt. De quibuscunque dum codicem confert Loewius dubitabat, eis interrogationis signa superposuit. Ubi eadem probabilitate aliae atque in ipso contextu dedi litterae legi poterant, eas simpliciter superscripsit, ubi autem aliae poterant quidem, sed minus probabiliter, uncinulos ( ) atque si minore etiam cum probabilitate, cancellos [ ] addidit, secutus hac in re Studemundi exemplum. Sciendum porro *B* nota significari veteris codicis primam, *B*² eiusdem secundam (correctoris) manum. Praeterea moneo F esse codicem Lipsiensem, quem Ritschelio duce adhibui, ut cognosceretur quale esset hoc genus librorum. Z est editio princeps, cuius leviores differentias ad orthographiam pertinentes saepius non adnotavi. Idem de F dicendum. GG nota eas designavi scripturas, quas mea coniectura fretus proposui. — Ceterum est cur non omittendum ducamus, paucula quaedam quae spectant ad adnotandi genus in ipsa fabulae editione paulo aliter atque in hoc specimine conformatum iri.

ACTVS I

EPIDICVS. THESPRIO

EPIDICVS

Heús, adulescens.

THESPRIO

Quís properantem mé reprehendit pállio?

EPIDICVS

Fámiliaris.

THESPRIO

Fáteor: nam odio's nímium familiáriter.

EPIDICVS

Réspice vero, Thésprio!

THESPRIO

Oh!

Épidicumne ego cónspicor?

EPIDICVS

Sátis recte oculis úteris.

THESPRIO

Sálve.

Act. I Sc. 1. TKESPRIO EPIDICUS A. EPIDICVS THESPRIO SERVI DVO B. EPIDICVS. TESPRIO. SERVI DVO JF *Scaenam mira metrorum varietate conscriptam, quam meris trochaeis usque ad v. 81 constare frustra contendit R. Muellerus de Plauti Epidico p. 24 sqq., ordinavi ut potui; cf. p. 104. Personae in* B *aut integro nomine notantur aut sic:* THES. (*vel* THES) et EPID. (*vel* EPID). *Interpunctionis in adnotatione rationem non habui nisi ubi integros versus expressi*

1. adules//cens B *cum unius litterae ras.* adolescens JF *Personae spatium in* A *omissum* MEREPREKENDIT A: *et ita Guyetus et omisso pronomine Gulielmius.* me prehendit BJFZ 2. FAMILIARIS A FATEOR *idem* odio es BFZ *cum* A. hodio es J familia///riter *cum unius fere litt. ras. et litteris 7 et 8 e corr.* B 3–6 *ita dispositos solus* A *exhibet; v. 3 idem* THESPRIO, *v. 5* SATIS, *v. 6* QUAEUELIS *habet. Eadem in B talia sunt:*

Respice uero dhesprio THES. oh. epidicum ne ego conspicor.
EPID Certe oculis uteris. THES Salue. EPID. Dident quę uelis.

Nec discedunt JFZ *nisi quod* tesprio *et* dii dent que *exhibent Ceterum* recte *scribendum esse pro* certe *dudum coniecerat Scaliger; cf. praeterea p. 104*

EPIDICVS

Di dent quaé velis.

Veníre salvom gaúdeo.

THESPRIO

Quid céterum quod coádsolet?

EPIDICVS

Cená tibi dabitur.

THESPRIO

Spóndeo

EPIDICVS

Quid?

THESPRIO

Me ácccepturum, sí dabis.

EPIDICVS

Quid tú agis? ut valés?

THESPRIO

Exemplum adésse intellego.

EPIDICVS

Eúgepae!

Córpulentiór videre atque hábitior.

THESPRIO

Huic grátia.

---

10. *Donatus in Ter. Eun. II 2, 11:* Quae habitudc est corporis] Plautus in Epidico: 'corpulentior hercle atque habitior'.

---

7. Venire B *in ras. praeter primam litt.* SALUUM A. (o) saluon F QUIDCETERUMQUODEOADSOLET A. Quid ceterum. EPIDI qđ eo assolet B, *idem* J. quod esse assolet F. esse quod assolet Z. coadsolet *Acidalius.* quod assolet *Guyetus. Thesprioni reddidit continua haec verba* GG *Ambrosiano duce; cf. p. 85* 8. CENA A. cena dabitur tibi JF splendeo J ACCEPTURUMSIDABIS A sidabis J 9. *Miro modo sic pergit* A:

QUID
TUAGISUTUALES
EXEMPLUMADESSEINTELLEGO⁑EUGAE

ut vales *in adnotatione Camerarius.* ut uelis BJZ. quid magis ut uelis F Exemplum adest. Ep. Intellego *Gruterus* intelligo JZ Eugepae *Acidalius.* Euge BJFZ 10. habitior *Scutarius cum Donato, Lipsius e cod. Roveriano.* ABILIOR A. agilior BJFZ huic grā *et in ipso fine versus a rubricatore additum* Epidicus B. hac grā J. hac gratia FZ

EPIDICVS

Quám quidem te iámdiu edepol pérdidisse opórtuit.

THESPRIO

Mínus iam furtificús sum quam antehac.

EPIDICVS

Quíd ita?

THESPRIO

Rapio própalam.

EPIDICVS

Di ímmortales te ínfelicent! út tu es gradibus grándibus.
Nam út apud portum té conspexi, cúrriculo occepí sequi:
Víx apiscendí potestas módo fuit.

THESPRIO

Scurrá's.

EPIDICVS

Scio
Te ésse equidem hominem mílitarem.

THESPRIO

Audácter quamvis dícito.

---

12. *Ammianus Marcellinus XV 13, 3:* abiecte ignavus et ut ait comicus, arte despecta furtorum rapiens propalam.

---

11. *Ita Muellerus 'Nachtr.' p. 124 sq.* edepol *libri omittunt. In* A *talia sunt:*

QUAMQUIDEMTEIAMDIU
PERDIDISSEOPORTUIT

Cf. p. 104. deperdidisse *Camerarius* 12. antè hac B quid ita quid ita Z *Hunc versum ita exhibet* A:

MINUSIAMFURTIFICUSSUMQUAMANTEKAC=QUIDITA=RA
PIOPROPALAM

13. dii JF TEINFELICENT A, *P. Valla, Guyetus, Dousa.* te *omitt.* BJFZ UTTUES A. ut·es B. ut tu es JFZ. ut tu is *Scutarius.* cum tuis *Muellerus 'Plaut. Pros.' p. 44 adn.* 14. aput J portam *inutiliter coniecit Langrehrius Miscell. philol. Gottingae 1876 p. 18; immo II 2, 33 et 37* portum *videtur scribendum esse, quod quosdam coniecisse dicit Pareus* curculio BZ OCCEPI A 15. apiscendi *Bothius; cf. p. 102.* adipiscendi *libri cum* A scurra es *libri cum* A, *nisi quod in* B *ante* scurra *rasura trium litterarum (fortasse* Ser*) et* ra *in ras. est* SCIO A
16. *Huius versus species in* A *haec est:*

EPIDICVS

Quíd ais? perpetuén valuisti?

THESPRIO

Várie.

EPIDICVS

Qui varié valent

Cáprigenum hominum nón placet mihi néque pantherinúm genus.

THESPRIO

Quid tíbi vis dicam nísi quod est?

EPIDICVS

Mitte ílla ac responde hóc.

THESPRIO

Probe!

EPIDICVS

Quid erílis noster fílius?

THESPRIO

Valet púgilice atque athlétice.

TEESSEEQUIDEMKOMINEMMILITAREM⸗AUDACTERQUAM

UISDICITO

quidem BJFZ qđuis J. quod uis F. quidvis Z ditito B 17. Quid ais J, *Guyetus.* Quid agis *ceteri cum* A perpetuon FZ valuistin F VARIE A 18. Caprigenum FZ. *Totus versus talis est in* A:

I (E)

CAPREAGINUMKOMINUMNONPLACETMIKINEQ·PANTKE

RINUMGENUS

Capre aginum B. Caprigenum B². Capreaginum J hominem J nonplacet B panterinum F *Ad* caprigenum genus *cf. Pacuv. praet. v. 5: Qua víx caprigeno géneri gradilis gréssio est* 19. Mitte illa ac responde hoc GG, *quoniam melior non fuit in promptu scriptura. In* A *haec exstare visa sunt:*

(U) ? ? ? ? ? ?(A)
UITII IRISCISTINIM
?
E

ex Gepperti autem testimonio haec: UTILLAIAMRESPONSAS. Ut illi respondi. THES. ꝑbe. B, *sed* di THES. B² *add.* Ut illi respon ..... ꝑbe J. Ut illa respondeas probe FZ *nisi quod* ille F. ut valui, respondi *Brixius Emend. Plaut. p. 6* 20. *Hic versus talis est in* A:

QUIDERILISNOSTERFILIUS⸗UALETPUGILICEATQ·ATKLETICE

Quid erilis (herilis JF) noster filius ualet? THES Pugilice BJFZ

EPIDICVS

Voluptábilem mihi núntium tuo advéntu adportas, Thésprio.
Sed ubíst is?

THESPRIO

Adveńt simul.

EPIDICVS

Vbi is érgost? nisi si in vídulo
Aút si in mellina áttulisti.

THESPRIO

Dí te perdant!

EPIDICVS

Té volo
Pércontari, Thésprio. operam da: ópera reddetúr tibi.

THESPRIO

Ius dícis.

EPIDICVS

Me decét.

THESPRIO

Iam tu autem nóbis praeturám geris?

---

23. *Mai Auct. class. vol. VI p. 566:* maligna : modica, *quam glossam Gustavus Loewe Prodromi p. 263 sic emendat:* mellina : mantica.

---

21. michi J NVNTIVM A. nuncium J ATPORTASTKESPRIO A. adtulisti *omisso nomine* B: *idem* JFZ *nisi quod* JZ attulisti *praebent. Falsa protuli de hoc versu falso Gepperti testimonio deceptus Act. vol. VI p. 239* 22. SEDVBISTIS A. sed ubi estis BJ. sed ubi est is FZ ADVENIT A, *Dousa.* adueni BJFZ *post* simul *unius apicis rasura in* B UBIISERGOESTNISIINVIDVLO A. ubi is egost. EPID. Nisi si inuidulo B *personae spatio ante* ubi *nullo.* Ubi is g̊ est? n̊ si inuidulo J. ubi is ergo est nisi simmidulo F 23. īmellina B. INMELLINA A (I *supra* E) DII A (E *supra*)
24. Percontari Thesprio GG. PERCVNCTARI∻OPERAM A. Percт̄ari. operā B. p contari opam J. Percontari operam Z. Percunctari. operam F. *Cf. p. 105* REDDETVRTIBI A: *idem* F. redditur JZ. //reditur B, *fortasse* c *littera erasa* 25. *Hunc versum sic tradit* A:

IVS
DICIS∻MEDECET
IAMTVAVTEMNOBISPRAETVRAMGERIS∻QVEM

In B *verba* ius (*ante* i *erasa* p) dicis. EPID Me dec & (Medec& B²) *versui 24 adhaerent; secuntur haec:* THES Iam tu autem nobis p̄turam geris? EPID. Quem, *quocum consentiunt* JFZ *nisi quod* decet *exhibent*

EPIDICVS

Quem díceis dignióren esse hominem hoc hódie Athenis álterum?

THESPRIO

At únum a praeturá tua, Epídice, abest.

EPIDICVS

Quidnám?

THESPRIO

Scies:
Lictóres duo, duo úlmei fascés virgarum.

EPIDICVS

Vaé tibi.
Sed quíd ais?

THESPRIO

Quid rogás?

EPIDICVS

Eloquere: ubi árma sunt Stratíppocli?

THESPRIO

Pól illa ad hostis tránsfugerunt.

EPIDICVS

Ármane?

THESPRIO

Atque equidém cito.

EPIDICVS

Múlciber, credo, árma fecit, quaé habuit Stratíppocles:
Trávolaverúnt ad hostis.

E
26. DICTISDIGNIOREMESSEKODIEATKENISALTERUM A. dices BJFZ. hoc hodie GG. hodie *libri* digniorem alterum esse hominem hodie Athenis alterum F 27. ATUNUMAPRAETURATUA A *medio quidem versu. Cetera usque ad v. 51 in* A *desiderantur* apraetura B. aptura J. a pretura F ab est B Quid nam? *(vel* nā*)* BJ 28. Licto res B. Littores F ulmei *quosdam coniecisse dicit Hermannus Elem. p. 161.* uiminei BJFZ uae tibi BF. ut $\overset{i}{t}$ J 29. *ante* ais *parva ras. in* B Eloquere *addidit* GG*: cf. p. 113* strathippocli B. stratiphocli JFZ 30. adhostis B. ad hostes JFZ trans fugerunt B arma ne J at F equidem *Luchsius: cf. p. 113.* quidem *libri* 31—33 *huc transposuit* GG*: cf. p. 114. In libris post v. 36 exstant. Verba a* Mulciber *usque ad* hostes *Thesprioni tribuunt libri,* tum ille — filiae *Epidico* 31. que habuit stratiphocles JF 32. tra uolauerunt J. transuolauerunt FZ adhostis B. adhostes J. ad hostes FZ

THESPRIO

Túm ille prognatúst Theti.
Síne perdat: alia ádportabunt Nérei ei fíliae.

EPIDICVS

Sérione dícis istuc?

THESPRIO

Sério, inquam, hostés habent.

EPIDICVS

Édepol facinus ínprobum!

THESPRIO

At iam ante álii fecerúnt idem.
Érit illi illa rés honori.

EPIDICVS

Quí?

THESPRIO

Quia ante aliís fuit.

EPIDICVS

Id módo videndumst út materies súppetat scutáriis,
Si in síngulis stipéndiis ad hóstis exuviás dabit.

THESPRIO

Supérsede istis rébus iam.

EPIDICVS

Tu ipse úbi lubet finém face.

---

33. *Priscianus VI p. 252:* *Θέτις Θέτιδος,* Thetis Thetidis, quamvis ablativum eius ab hac Theti Plautus protulit in Epidico: 'tum ille prognatus Theti sine perdat: alia adportabunt ei Nerei filiae'. 39. *Nonius p. 40, 9:* supersedere, manere, perseverare; quasi in voluntate et consilio sidere. Plautus Epidico: 'supersede istis rebus iam Ep. Tu ipse ubi lubet finem face'.

---

prognatust GG. prognatus *libri* 33. apportabunt *libri* Nerei ei filiae *Muellerus* '*Plaut. Pros.*' *p. 460.* ei nerei (naerei *ex* narei B) filię BJF. ei *om.* Z 34. Serio ne BF dicis istuc *Gruterus.* dicis tu *libri nisi quod* dici^{s}//// tu J 35. facinus B, *sed* cin B^{2} *in ras.* improbum JFZ 36. ante JF, *Ritschelius.* antea BZ *Post hunc versum exstant in libris v. 31—33* 37. idmodo J uidendum est BFZ. uiuendum est J scutariis FZ *et* B *in marg.* scrutariis BJ 38. Si in *om.* F stipendiis *Pylades,* stipendiis is BFZ. stipendis is J (i *suprascr.*) ad⊢ostes J. ad hostes F 39 Supsed^{e} B*: atque* e B^{2} *add.* sup se deistis J ubi B^{2}, ibi B finē B^{2}, fine B tum JF

THESPRIO

Desíste percontárier.

EPIDICVS

Loquere: ípse ubist Stratíppocles?

THESPRIO

Est caúsa qua causá simul mecum íre veritust.

EPIDICVS

Quídnam id est?

THESPRIO

Patrém videre sé nevolt etiámnunc.

EPIDICVS

Quaproptér?

THESPRIO

Scies:

Quia fórma lepida et líberali cáptivam adulescéntulam
Dé praeda mercátust.

EPIDICVS

Quid ego ex te aúdio?

THESPRIO

Hoc quod fábulor.

EPIDICVS

Quór eam emit?

---

40. percontrarier J. pcunctarier B, *sed* nc *e corr. atque ex parte in ras. idem* FZ ubi ipse Z stratiphocles JF 41. Est causa — veri tust *Epidico tribuit* F, *unde personae usque ad v. 50 perpetuo commutantur.* Est causa simul J*;* qua causa *addidit manus recentior* ueritus est JFZ quid nam BJ 42. patrem videre se nevolt *Bothius, Hermannus.* patrem uidere senem non uult B*: idem* JFZ *nisi quod* J paterem *et* JF *exhibent* uolt etiā nunc B tu scies JFZ, *ubi* tu *ex* tē (tesprio) *ortum est* 43. adolescentulam BJ 44. Depraeda B. depda J. mercatus est JFZ exte BJ 45—49. *Horum versuum in* B *haec est species:*

Cur eam emit? THES. Animi causa. EPID. Quot illic homo
Animos habet. nam certo prius quā hinc adlegationē abiit domo
Ipse mandauit mihi ablenone. ut fidicina (*ex* fidicinā *rasura*) quam amabat
Emeretur sibi. id ei impetratum reddidi. THES. ut cumq,
Inalto uentus est epidice exin (u *ex* m) uelum uortitur. EPID. Ve misero mihi.
Male pdidit me. THES Quid istuc. quid nā est?

Quibuscum consentiunt ceteri nisi quod exhibent versu 45. quor F emet J

THESPRIO

Ánimi causa.

EPIDICVS

Quót illic homo animós habet?
Nám certo priúsquam hinc Thebas ád legionem abiít domo,
Ípse mandavít mihi multis áb lenone ut fídicina
Quam amábat emeretúr sibi. id ei ímpetratum réddidi.

THESPRIO

Vtcúnque in alto véntust, Epidice, éxim velum vórtitur.

EPIDICVS

Vaé misero mihí: male perdidít me. Quid ais tú?

THESPRIO

Quid est?

EPIDICVS

Quíd istanc quam emit quánti eam emit?

THESPRIO

Vílei.

EPIDICVS

Haud istuc té rogo.

THESPRIO

Quíd vis igitur?

EPIDICVS

Quót minis?

THESPRIO

Totís quadragintá minis.
Íd adeo argentum áb danista apud Thébas sumpsit foénore

---

annos F 46. adlegionem J. ad legionem FZ *cum secunda manu* B 47. michi J ablenone (*ex* ablegione) J, ab lenone F. ad lenonem *et* fidicinam Z 49. utcunque J eximo JF uertitur J 46. Thebas *addidit* GG 47. multis *addidit Iacobus* 50. quid ais tu? Thesp. Quid est GG*: cf. p. 83* 51—54. *Hos versus* B *ita exhibet:*

EPID Quid istanc quam emit (quanti) eā emit? THES (quili) Vilei. EPID. haud
Istuc te rogo. THES. Reddigitur (Reddigetur B²) EPID.
Quot minis?
THES Tot quadraginta minis. id adeo argentum ab danista
Apud thebas sumpsit foenore. indies minasq, argenti
Singulas nummis. EPID. pape.

Itidem ceteri nisi quod v. 51 quanti *et* uili *in ipso contextu* JFZ,

Ín dies minásque argenti síngulas nummís.

EPIDICVS

Papae.

THESPRIO

Ét is danista advénit una cúm eo qui argentúm petit.

EPIDICVS

Di ímmortales út ego interii básilice.

THESPRIO

Quidnám tibist, Épidice?

EPIDICVS

Ei! me pérdidit.

THESPRIO

Quis?

EPIDICVS

Ílle qui arma pérdidit.

---

istac J; *v. 52* quid igitur JFZ; *v. 53* aput J; sumpsisti J, *unde nata est in* FZ *haec distributio personarum:* Ep. Id adeo argentum. Te. ab danista apud Thebas Ep. sumpsisti foenore Te. in dies *e. q. s.* *In* A *v. 51 non exstat (v. supra ad v. 27); v. 51 in fine haec apparere visa sunt:* AMINIS; *dein secuntur haec:*

IDADEOARGEN

IN

Praeterea monendum est quid vis igitur *scripsisse* GG *(cf. p. 76),* totis *Meursium* 55—57. *Horum versuum in* A *hae reliquiae sunt visae exstare:*

E

DIIIMMORT

EPIDICE

55. *In* A *nil potest legi. Contra in* B *haec sunt:*

THES. Et is danista aduenit.
Vna cum eo qui argentum petit. EPID. Di immortales ut
Ego interii balisce. THES Quid iam aut quid est
Epidice? EPID. Perdidit me THES Quis EPID. Ille qui pdidit arma

A quibus ceteri ita discedunt ut v. 56 exhibeant dii F, basilice J, basilice FZ, aut est J. *Novata sunt haec: v. 56* quidnam tibist GG *(cf. p. 83), 57* Ei! me perdidit GG qui arma perdidit *Pylades. Alii iambicum octonarium discribunt, velut hunc Bothius:*

Epídice! Ep. perdidít me. Thesp. Quis? Epid. Quis? Ílle qui arma pérdidit.

THESPRIO

Nam quíd ita?

EPIDICVS

Quia cottídie ipse ad me áb legione epístulas
Mittébat: sed taceam óptumumst. plus scíre satiust quám loqui
Servom hóminem: east sapiéntia.

THESPRIO

Nescío pol quid tu tímidu's: trepidas Épidice. ita voltúm tuom
* *
Videór videre cómmeruisse hic me ábsente in te aliquíd mali.

EPIDICVS

Potin út molestus né sies?

THESPRIO

Abeo.

EPIDICVS

Ásta: abire hinc nón sinam.

THESPRIO

Quíd nunc me retinés?

58—60. *In* A *haec exstare visa sunt:*

NAMQU

MITTEBAT

PLUSSCI

ubi in B *habes:*

THES Num quid ita? EPID. Quia cottidie ipse ad me ablegione epistolas
Mittebat. ſ' taceam optumum est. plus scire satius est quā loqui
Seruū hominē. ea sapientia est.

Item ceteri nisi quod 58. numquid J, nam quid FZ, cotidie JF, epistulas F; *v. 59* servom Z servon F 61—62. *In* A *haec sunt:*

NESCIOEDE

UIDEORUIDER

Contra in B *haec:*

THES. Nescio edepol qđ//// (đ *fortasse ex* u) tu timidus es.
Trepidas epidice. ita uoltū tuum uideor uidere commeruisse
Hic me absente inte aliquid mali. (*supra* inte: ɔtrate)

Inte JFZ *om. gloss.*, timidus es (est F) *om.* Z, uidere *om.* F Nescio pol *Luchsius Hermae vol. VI (a. 1873) p. 273. Lacunam indicavit* GG: *cf. p. 107, ubi vide ceterorum commenta*

EPIDICVS

Amatne istam quam émit de praedá?

THESPRIO

Rogas?

Déperit.

EPIDICVS

Perií! detegitur córium de tergó meo.

THESPRIO

Plúsque amat quam te únquam amavit.

EPIDICVS

Iúppiter te pérduit.

THESPRIO

Mítte nunciám me. nam ille mé votuit domúm venire

65. *Nonius p. 278, 19:* degere est detrahere. Plautus in Epidico: 'degitur corium de tergo meo'.

63—65. *In* A *haec exstare visa sunt (v. 63 nil legi potuit):*

QUINUNCM (?)

hunc secuntur versum tres, in quibus nil legi potuit; post illos haec sunt:

DEPER

unde facile conicias intercidisse versiculum in duos divisum. Nam initia et exitus trium illorum versuum scripturam non videntur continuisse. In B *haec sunt:*

EPID. Potin ut molestus nesis.
THES Abeo EPID. Assta. abire hinc non sinam. THES. Quid nunc me retines?
EPID Amat ne istā quā emit depda? THES. Rogas? deperit.
EPID Detegetur coriū detergo meo

Hic quoque ceterorum a B *discrepantiam notabo* 63. ne sies *Camerarius* abeo assta *personae nota omissa* J adsta F hunc J. nunc Z 64. amat me J 65. Deperit Ep. Perii! detegitur GG. deperiit F degitur FZ *cum Nonio* 66. PLUSQ·A (?) A, *ubi cetera dispici nequeunt; exitus proprium versum obtinuisse videtur* Plus te JFZ quam *om.* te F umquā B 67—72. *In* A *hae reliquiae exstant:*

UENIRE	ROXIMUM (????)
IBIM (????)	CAM (???)
	NEQ·CONSPICARI
Q	MERAUERIT
K (?)	NCIAM

Ad sodalem Chaéribulum iússit huc in próxumum.
Íbi manere iússit. eo ventúrust ipsus.

EPIDICVS

Quíd ita?

THESPRIO

Dicam:

Quía patrem prius cónvenire sé non volt neque cónspicari,
Quám id argentum quód debetur pró illa dinumeráverit.

EPIDICVS

Heú edepol res túrbulentas!

THESPRIO

Mítte me ut eam núnciam.

EPIDICVS

Haécine ubi scibít senex
Púppis pereundást probe.

THESPRIO

Quíd istuc ad med áttinet
Quó tu interbitás modo?

Quae talia sunt in B:

EPID. Iuppiter (*prior* p *ex* u) te ꝑduit THES. Mitte nunc iam. nā ille me uetuit domū
Venire. ad cheribolum iussit huc inꝓxumum. ibi manere (se *inseruit rec., fortasse Camerarii, m.*) iussit
Eo uenturus est ipsus. EPID. Quid ita? THES. Dicam. quia patrem
Prius se conuenire non uolt. neq conspicari // quam id argentum
Quod debetur ꝓ illa. dinumerauerit. EPID. e^{h}u aedepol (h *et* a *add.* B^{2}) res turbulentast (r *in ras.*, tast B^{2} *ex* tas)
THES Mitte me. ut eam nunc iam.

Ceteri ita discrepant: 68. adcheribolum J. in proximum Z 69. ipsius J. ipse Z 71. debet F 72. tuedepol re es turbulentus JFZ *nisi quod* tu edepol FZ ut nunciam J. ut eam nuntiam F *Novata haec sunt:* 67. me *addidit Camerarius* 68. sodalem *addidit* GG 70. convenire se *Pylades* 72. res turbulentas B *man. I, Gruterus cum Langianis: cf. p. 92 adn. 39* 73—76. *quinque in* A *videntur occupavisse versus; cf. v. 9 et 25; scriptura ipsa non apparuit. In* B *haec sunt:*

EPID. Hęcine ubi scibit senex. puppis
Pereunda est ꝓbe. THESP. Quid istuc adme attinet q^{o} tu intereas modo?

EPIDICVS

Quía perire sólus nolo: té cupio períre mecum.
Bénivolens sum bénivolenti.

THESPRIO

Ábi in malam rem máxumam
Cúm istac condicióne.

EPIDICVS

I sane, sí quid festinás magis.
Númquam hominem quemquám conveni, unde ábierim lůbéntius.

EPIDICVS

Íllic hinc abiit. sólus nunc es. quo ín loco haec res sít vides,
Épidice! nisi quíd tibi in tete aúxilist, absúmptus es:
Tántae in te impendént ruinae. nísi suffulcis fírmiter,

---

a quo exemplo ita discrepant ceteri: 73. haeccine JZ. hec F haec hercle *Muellerus 'Plaut. Pros.' p. 732* ubiscibit J 75. istac J ad me FZ. ad med *Bothius* adtinet F interbitas *R. Muellerus l. s. s. p. 34* 76—80. *tales sunt in* A:

? ? ? ? ? ?
REMECUM

? ? ? ? ?
BENEUOLENS
— —

— —
— —

? ? ? ? ? ? ?
CUMISTACCONDICIONE

?
A . . UFESTINASMAGIS

NUMQU

78. Benivolens sum benivolenti GG. beneuolens cū beneuolente BJFZ. *Librorum scripturam falsam esse ostendit R. Muellerus l. s. s. p. 37; idem* benevolum *proposuit* rem maxumam *Guyetus.* rem maxumam ame BJZF (a me FZ). *Ceterum verba* Quia — beneuolente *in* B *unum versum occupant* 79. *Verba* Abi — condicione *in* B *unum versum occupant* conditione J Isane J 80. nunquam BF *Male* B *ita distinxit hunc versum:*

EPID I sane siquid festinas magis. THES. Nunquā hominē quēquā conueni. unde
Abierī libentius.

lubentius JFZ 81. ILLICKINCABIITSOLUSNUNCESQU. . . . . .AECRESSITUIDES A hinc *ex* huic *ut vid.* B solus (scelus F) es nunc JFZ *Cetera usque ad v. 85* (quomodo) *desunt in* JFZ quo in luto haereas vides *Kiesslingius Mus. Rhen. vol. 24 (a. 1869) p. 119, cui coniecturae metrum repugnat* 82. EPIDICENISIQUIDTIBIIN . . . A intete auxilii ē B 83. TANTAEINTEIM *et in fine* R(?) A ruine B. ruinę B[2] tante (tantę B[2]) inte B *priori versui annectit et versui 82 adiungit*

Nón potes subsístere, itaque in te írruont montés mali.
Néque ego nunc quómodo
Me éxpeditum ex ímpedito fáciam consiliúm placet.
Égo miser pérpuli
Meís dolis senem, út censeret suám sese emere fíliam.
Ís suo fílio
Fídicinam emit quam ílle amabat, quam ábiens mandavít mihi.
Síbi nunc alteram áb legione abdúxit! corium pérdidi!
Nam úbi senex sénserit
Síbi data esse vérba, virgis dórsum dispoliét meum.
Át enim tu praécave!
At enim — bat enim: níhil est istuc. pláne hoc corruptúmst caput.

---

verba non potes subsistere 84. NONPO . . . . . . S(?) A. non potes subsistere *priori versui annectit* B 85. *Hunc versiculum in duos videtur dispescuisse* A; *scriptura ipsa non apparuit. Totum locum ita exhibet* B:

Itaq, inte irruunt montes mali; neq, ego nunc quomodo me expeditum
Ex impedito faciam. consilium placet. Ego miser ppuli meis dolis
Senem. ut censer& suam sese emere filiam. Is suo filio fidicinam
Emit. quam ipse amat. quam abiens mandauit mihi.
Si sibi nunc alterā ablegione abduxit animi causa. coriū pdidi.
Nā/// ubi senex senserit sibi data ēē uerba. uirgis dorsū despoli& meum

In A *v. 85—93 tredecim versus occupaverunt; versu 2 nil legi potuit nisi* QU (quomodo) 3. MEEXPEDITUM 4 *et* 5. *nil apparuit* 6. MEISDOLISSEN 7 *et* 8. *nil apparuit* 9. FIDICIN 10. S *statim ab initio* 11 *et* 12. *nihil* 13. SIBIDATAESSEUE. *Ceterum cf. p. 99.* A B *quemadmodum discrepent* JFZ *adiungam:* 85. modo *om.* Z 86. eximpedito J 91. sibi nunc JFZ abduxi J. adduxit Z 93. esse data F *Novata haec sunt:* 90. ille amabat *Guyetus* 91. animi causa *eiecit* GG; *cf. p. 100* 93. dispoliet *Pareus cum codd. dett.* 94. A *haec habet:*

ATENIMTU
PRAECAUE

Quem cum eis qui secuntur ita exhibet B:

At enim tu praecaue. nihil est istuc. plane hoc corruptūst (st *add.* B² *ut vid.*) caput.
Nequā////// homo es epidice.

ceteri ita differunt: tunc Z nichil J corruptum est JF neq. (*pro* nequam) J (*sic:* caput; neq.). *Versum* 95 *ex* A *expressi, ubi* PLANE *et*

Néquam homo's Épidice!
Quí lubidost mále loqui mihi? quía tu te ipsus déseris.
Quíd faciam? mén rogas?
Tú qui antehac aliís solebas dáre consilia mútua?
Áliquid aliqua réperiundumst. séd ego cesso ire óbviam
Ádulescenti, ut quíd negoti sít sciam: atque ipse íllic est.
Trístis est: cum Chaéribulo incédit aequalí suo.
Húc concedam, orátionem unde hórum placide pérsequar.

CAPUT *notandum;* v. 96. 97 *nil ex* A *hauriri potuit, sed initia et exitus scripturam non continuerunt* *Pergitur in* B *ita:*

Qui lubido st male loqui? quia tu tete deseris. Quid faciā? Men tu rogas?

itidem ceteri, nisi quod exhibent JFZ est *et* tute[e] J. quia tute FZ desideris J menturogas J; mihi *addidit et* tu te ipsus *scripsit* GG *v. 98 in* A *talis est:*

? ?
DFACIAM

? ?
NROGAS

tu *deesse affirmat Studemundus quoque; cf.* '*Addenda*' *in Gepperti editione p. 58. Idem coniecerat Geppertus* 99. tu qui *Iacobus:* tuquidē B. tu quidem JFZ ante hac BJ CONSILIAMUTUA A; *cetera legi nequeunt*

100. *In* A *hoc initium servatum est:* ALIQ..., *in* B J quid? Aliq[a] reperiperiundū st, *prima versus tertia parte vacua* quid? aliqua reperiundum est JFZ 101. *In* A *haec sunt:*

ADULE ?? SITSCIAMATQ·IPSEILLECEST

Adolescenti BJ negotii BJFZ Atq, B 102 *In* A *nil dispici potuit nisi* L (aequali). *Verba* tristis est *libri ceteri antecedenti versui annectunt* cum cheribulo B cumcheribolo JF *nisi quod* cum ch. *F* cum chaeribolo Z. 103. *In* A *apparuit in fine versus* SEQUAR *Verba* huc — horum BJF *antecedenti versui adiungunt novum incipientes a voce* Placide concedā *ex* concedo B eorum F.

INDEX LOCORUM TRACTATORUM.

Amphitr. v. 339 sq. 98
„ „ 572 78
„ „ 627 78
„ „ 647 95
„ „ 678 95
„ „ 755 sq. 74
„ „ 824 sq. 93
„ „ 929 96
„ „ 1035 78
Asin. v. 16 sqq. 94
„ „ 61 79
„ „ 98 78
„ „ 105 79. 94
„ „ 249 sqq. 98
„ „ 472 96
„ „ 503 79
„ „ 560 79
„ „ 626 95
„ „ 640 sqq. 73
Aulul. prol. 1 73
„ v. I 1, 16 75
„ „ I 2, 2 73
„ „ I 2, 13 73
„ „ II 1, 2 73
„ „ II 1, 25 73
„ „ II 1, 33 79
„ „ II 2, 30 79
„ „ II 8, 23 72
„ „ III 2, 22 80
Captiv. v. 400—555 87 sqq.
„ „ 483 102
„ „ 775 102
„ „ 780 103
Curcul. v. 56 80
„ „ 108 sq. 80
„ „ 162 sq. 93
„ „ 236 sqq. 108 sqq.
Casin. II 6, 24 74
Cistell. IV 2, 83 sq. 74
Epid. arg. 2 sqq. 82
„ I 1, 3 104
„ I 1, 6 85
„ I 1, 9 104
„ I 1, 13 102
„ I 1, 15 83
„ I 1, 22 sq. 104
„ I 1, 27 sq. 112 sqq.
„ I 1, 44 sq. 104
„ I 1, 49 83
„ I 1, 50 76
„ I 1, 54 83
„ I 1, 59 sqq. 107
„ I 1, 75 sqq. 74. 86
„ I 1, 80 sqq. 99
„ I 2, 5 sqq. 93
„ I 2, 13 82
„ I 2, 16 115
„ II 1, 1 sqq. 96
„ II 2, 5 sqq. 110
„ II 2, 33. 37 119
„ II 2, 50 100
„ II 2, 97 82
„ III 1, 4 sq. 77
„ III 3, 1 sqq. 98
„ III 3, 27 77
„ III 3, 33 77

Epid. III 3, 34 sqq. 74
„ III 3, 49 sqq. 112
„ III 4, 35 75
„ III 4, 81 sqq. 93
„ III 4, 51 75
„ III 4, 71 105
„ IV 1, 26 sq. 106
„ IV 2, 24 82
„ IV 2, 27 82. 93
„ V 1, 2 76
„ V 1, 11 76
„ V 1, 43 77
„ V 1, 33 sqq. 106
„ V 2, 3 101
Epid. V 2, 9 75
„ V 2, 14 96
„ V 2, 54 74
Bacch. 72 84
Rud. prol. 17 102
Trin. 367 101
Stich. 280 103
Terent. Andr. II 1, 32 (332) 102
„ Hautontim. IV 3, 15 (693) 101
„ Phorm. II 3, 59 (406) 102
„ „ II 3, 65 (411) 103
Turpil. v. 10 102
„ „ 209 103

ADDENDA.

Dum plagulas corrigo, Gustavus Loewe qui nunc Romae versatur ex vetere codice quaedam me non recte adnotasse monuit, quibus ex parte iam usus sum: cetera hoc loco addenda putavi.

p. 74 Epid. III 3, 33—38 ad B² pertinere iam dixi; sequitur ut hoc exemplum ad Amphitr. 755 sq. et similia trahendum sit.

p. 75 Epid. V 2, 9 ita exit in B: 'si ꝓpius as testa· es tu calefacit', unde corrige quae dixi.

p. 77 Epid. III 1, 4 sqq. tales sunt in B:

Siọ (*ex* sic) nequit. nec nescit scire cupio. CHERI. Per illam tibi copiam.
Copiam tibi parare (*ex* parcre) aliam licet. Sciui equidem inprintipio ilico
Nullam tibi ēē in illo copiam. STRAT. Interii hercle ego.

p. 96 Epid. V 2, 14 B ita exhibet:

p. 96 v. 18 dele *opinio.* Dum sine me quæras mea causa ut medio /// in mari.

p. 112 Lacuna quam B habet Epid. III 3, 52 ante 'cum militabam', in J non exstat.

p. 121 Dele testimonium ad v. 23, cum 'maligna : mordica' scribendum esse G. Loewe nunc intellexerit.

p. 122 v. 2 scribe *dicis* pro *diceis.*

Praeterea moneo me in adnotatione critica primae scaenae noluisse omnia virorum doctorum commenta commemorare: in his quoque rebus fabulam edenti mihi aliam viam sequendam esse ipse in elaborando et corrigendo cognovi.

CONIECTANEA PLAUTINA

AD CODICEM AMBROSIANUM MAXIMAM PARTEM SPECTANTIA

SCRIPSIT

GUSTAVUS LOEWE

136

137

Coniectaneorum nostrorum ad *κρίσιν* Plautinam pertinentium sex capita esse voluimus. Quorum multo maior pars spectat ad poetae libros manu scriptos accuratius cognoscendos eosque ad fabularum emendationem adhibendos, cum paullo minor versetur in versibus aut mera coniectura sanandis aut glossarum ope explicandis illustrandisve. Iam ut de illis priore loco pauca praemoneamus: actum nos agere qui eius modi symbolas in medium proferamus non contendet nisi qui obiter tantum haec studia attigerit. Nam quamquam codices Plautinos maximo cum studio excusserunt complurium iam saeculorum philologi eorumque unusquisque illos quasi cum pulvisculo exhausisse sibi visus est: non exstare tamen mihi persuasum est usque ad hunc diem ullius fabulae ullum apparatum criticum qui omni ex parte sufficiat. Nam ne Studemundi quidem, cui his in rebus palma facile debetur, Truculentum emendari non posse quarto capite accuratius ostendemus. Neque id mirum in Palatinis, certis de rationibus hic illic haud ita facilibus ad conferendum, multo autem minus etiam in palimpsesto, quo vix exstat quidquam in hoc genere difficilius, operosius, desperatius. Quem quidem codicem dum ingenti cum labore describo, non eram nescius idem iam onus Studemundum in se suscepisse eamque operam laeto cum successu ad finem perduxisse. At quoniam exspectatur etiamnum eius apographon Plautinum, ante tot annos confectum, non potui non denuo laborare, cum Ritschelianam comici editionem una cum amicis continuare instituissem. Neque vero frustra operam impendisse mihi videbor, quando Ambrosiani illud exemplum in lucem prodierit. Collatis enim cum ipso codice utriusque lectionis discrepantiis tandem aliquando spes est ad verum quam proxime accedi posse. Quicunque autem cum Studemundianis nostra com-

paraverit, ei non erit neglegendum, quod noluimus nos apographon exhibere: unde notandi genus sufficere visum est, quale supra p. 116 breviter designavimus; ac ne illud quidem, quod non potuimus quantum ille tempus in tractando codice consumere. Omnino autem — ut dicam quod sentio — non nimis placent critici acriter invehentes in eum, quem planissima ut aiunt fugerint, qui neglegentissime in conferendo versatus sit. Similia velut Ritschelio obiciunt, non memores eum paene in omnia folia inquisivisse primum eundemque temporis angustiis pressum. Agnoscenda potius quae quis bene profecit, ignoscenda quae minus feliciter cessere. Utinam Geppertus idem statuisset potius quam Ritschelium atque adeo Studemundum tot locis falsa ac perversa legisse contendisset! Apparet enim ex 'Studiorum Plautinorum' altero fasciculo Berolini a. 1871 edito ad hoc genus laboris nullo modo natum factumve esse eum, cui desint oculorum perspicax acies, animi impigerrime perscrutantis constantia, non cessans unquam spatiorum apicum sim. iterum atque iterum contemplandorum diligentia. Namque ille non solum non videt ubi ante eum duo vel tres alii bene servata dudum recte legerant, sed adeo talia qualia isti narrent ibi scripta esse posse praefracte negat. Hinc factum ut sat mediocris sit illius libelli utilitas, in quo dimidiam lectionum partem erroribus deberi certum est. Nihilo tamen setius non paucis locis scripturas a Ritschelio enucleatas correxit novasque eis addidit.

Nos autem dabimus horum coniectaneorum capite primo Trinummi denuo collatae lectiones. Permulti enim etiam in altera Ritscheliana loci sunt, ubi hunc inter et Schwarzmannum, Geppertum, Studemundum non convenit. Schwarzmannus autem si verum quaeris desultoriam potius operam in conferendo collocasse idemque parum praeparatus ad hoc munus accessisse videtur. Contra certiora vel accuratiora Studemundianis ut eruerem raro mihi contigit. De Gepperto modo diximus. Non caret autem opinor hoc caput sua quadam utilitate propterea, quod omnibus priorum discrepantiis cum cura denuo examinatis haud scio an nunc sufficere possit huius fabulae collatio. Iam ut ad alterum caput trans-

eamus, planissime inde patebit quam sit exoptabilis ac necessaria Ambrosianarum reliquiarum accurata cognitio. Pseudulus enim a Lorentio non iterum collato palimpsesto nuper edita quantum ex hoc fonte lucri capiat ostendemus fabula partim uberius e codice deleticio enarrata, partim selectis locis illinc illustrata. Secuntur tertio capite similia pertinentia ad Stichum, cuius lectio raro est difficilis. Ceterum disertis verbis monemus non ita nos rem instituisse, ut possit usquam e silentio nostro de Ambrosiani scripturis ulla coniectura derivari. De quarto capite supra iam vidimus. Plura autem e libris Plautinis cum lectoribus communicandi alibi offeretur occasio.

Non derivata sunt e codicibus capita quintum et sextum[1]), quorum illo continentur κριτικὰ et διηγητικὰ ad Trinummum, hoc ad alias fabulas spectantia. Ac priore quidem continuantur quae de eadem comoedia cum alibi tum maxime in Ritschelii Actis scripsimus, in utroque insunt non nulla glossematica. Quod autem in omnibus Coniectaneorum capitibus rarius quam par est sententiarum ab aliis de versibus quibusdam prolatarum rationem habuimus, hoc excusabunt qui ista omnia dum apud exteras gentes dego scripta esse meminerint.

---

1) Appendicem quam huic scriptioni nos adiecturos esse in Teubneri 'Mittheilungen' promiseramus, eam ne commentatiunculae fines transgrederemur omittendam putavimus.

CAPUT I.

Scripturae Trinummi cum Ambrosiano denuo collatae.

V. 11 (palimpsesti p. 35). Studemundus Musei Rhenani vol. XXI p. 580 et alibi[2]) identidem UOCIUAS ^{A} URES cum spatio, sine spatio Ritschelius in adnotatione critica: recte hoc, cum illud typothetae errori deberi pateat.

V. 12: AEDIB' Ritsch., AEDIB· Stud. p. 589: hoc, non illud codicis scripturam reddit. Item Q·, non Q' imprimendum est.

V. 14: nihil aliud atque aut ALIERIT aut ALTERET legi potest. — Propius ad librarii usum scribendi accedit qui RELLIQUI, quam qui -QUI exhibet, minoribus litteris in medio positis. — Studemundi UIDEOSESSE coniectura tantum est, bene tamen e spatio et similibus erroribus derivata: dispici autem omnino nequeunt litterae OSESS; nam O, quam ille post UIDE etiamtum legit, perdubia esse mihi videtur.

Non omni ex parte verum quod Stud. p. 581 dicit praeter v. 1—3 (= v. 20—22 fabulae) reliquam paginae 36 partem semper vacuam fuisse; versu enim quarto ductus quidam ornandi causa additi continentur, quos a librario Plautino profectos esse atramenti color docet. Sic autem collocati sunt:

TANTUMESTUALETEADESSECUMSILENTIO



Quarum figurarum tertia optime conservata est, minus plani sunt intermediae alterius ductus: atque primae priorem tantum

2) Velut in titulo scaenae I, 2.

caudulam expiscatus sum. Possunt quidem ita quoque pictae fuisse:)═══), cum superiores principii et exitus partes nusquam sint non obscuratae nova scriptura vel absorptae defectu pergamenae: sed veri similius ob tertiae formam, sic ut supra dedi eas olim fuisse.

V. 26 (p. 19): NOXIAM legi posse nego. Si litterae reliquiae, quas Stud. post NOXIA vidit, re vera exstant — neque obloquar, si cui omnino abesse videantur —, vix aliud quicquam fuerint atque E. Nihil tamen post NOXIA secutum esse vel propterea probabile, quod litterae pars inferior sub sacra scriptura latere dicitur: illius enim, quam ego 'litteram' Studemundianam esse puto, pes caret scriptura.

V. 29: PRERIQ· planissime.

V. 33: Ritsch. MAXUMAM adnotat, quamquam Stud. p. 583 dixerat, utrum U an I scriptum esset non posse discerni. Ego spatii ratione habita MAXIMAM praefero. Ceterum et MESSIM et MESSEM eadem probabilitate legi addo.

V. 35: Stud. p. 589 PLURIB·, cum PLURIB· rectius sit. — V. 45 (p. 20): SONAT.

V. 50 Stud. legit UALESNE#UALUISTINE, mihi contra videtur UALESNEṪUALUISTINE scriptum esse. Atque de puncto non dubito, spatium autem paullulo angustius esse quam quo # contineatur, reliquorum huius paginae # comparatio ostendit. T littera prorsus intercidit praeter pedem, qui sub librorum regum vulgata latet, ita ut etiam I vel E fuisse possit. Non autem neglegendum est, quod vetus codex *Valent* pro *Valen* exhibet, quam scripturam haud aliter atque Ambrosiani ad *Valen tú? ualuistin?* # *Váleo, et ualui réctius* redire conicio. Simillimus locus est Trinummi v. 1157, ubi e CD codicum scriptura *spondent ergo* (in B *sponde nergo* est) Ritschelius dudum elicuit *sponden tu ergo?*.

V. 52: inter I et LLAM lacuna est, nata ex pergamenae defectu. Eodem modo v. 35 (p. 19, 14) QU et AM dirimuntur.

V. 53: 'MI *Ar*, ME *As*'. ME scriptum est, quamquam non omnino spondere possum. Nihil contra dubium quin v. 55 IMMORTALIS codex exhibeat.

V. 59 (p. 37): COMMUTEMUS in A habes.

V. 60: ME et MI eadem probabilitate legi adnotavi.

V. 63: certum est aut KAUTNESCIAS aut KAUTNISCIAS, certum v. 70 OBIURIGEM.

V. 64: non dubitanter ego quoque TANTỊILLUM lego, idque ob rationem ab Stud. iam prolatam.

V. 78 (p. 58): pro ADCURARE etiam ACCURARE legi posse puto.

V. 79: ABSE palimpsestus exhibet.

V. 87: Studemundum quoque fugit non QUITU, sed QUIDTU scriptum esse.

V. 95: SCEIS eiusdem est cuius SCIES probabilitatis.

V. 176 (p. 43): OBSECRAUISSE(T)PATER, v. 181 UṠSURAE, v. 183 PERUORSȦE litteram et puncta a correctore, non ab ipso librario supra scripta esse ostendit atramenti color.

V. 177: KISAEDIBUS et KICAEDIBUS eandem habent probabilitatis commendationem.

V. 190: COMMUNICESQ·.

V. 191: POLLICEOR praegrandi littera initiali, ut in primo paginae 44 versu. Similiter v. 511 (p. 42, 1) PROFECTO et v. 417 (p. 265, 1) POSTQUAM.

V. 211 (p. 29): aut LUBEANT aut IUBEANT Stud., hoc ego, non illud, cum formā inferioris partis nequaquam excludat I, supra autem L litterae longe semper prominentis nihil appareat in loco nova scriptura non tecto.

V. 212: etiam OMNISMORTALIS legi potest.

V. 213: Ritschelii KAECẸṢṢẸẸṬ non praetulerim, cum ego quoque sicut Stud. septimam litteram C esse putem. KAECESCIET ipse legeram nondum inspectis illius de hoc loco verbis. Praeterea quid possit delitescere idem indicat. Itaque 'KAEC̣ẸṢC̣ỊẸṬ *(?) As*' mutandum sit in KAEC̣ẸSCỊET.

V. 218: palimpsestus QUICQUID exhibet ut Palatini, non QUIDQUID. Schwarzmanni scripturae AUDITU et ADPAREAT errori debentur, cum AUDITUM et APPAREAT non possint esse planius perscripta.

V. 233 (p. 30) OPINOR; v. 234 neque EAMREM (sic Ritsch. praef. p. XXXV) neque EAMRE͠ (sic Stud. p. 589), sed EAMRE~; v. 241 (v. Ritsch. praef. l. s. s.) INOPS.

In exemplo a Ritschelio l. s. s. prolato non nulli versus aliter atque in ipso codice collocati sunt. Sic v. 235 eodem intervallo a principio versus seiungendus est quo v. 227—229; v. 238 sinistrorsum paullulum ita removendus, ut P sub priore parte M litterae vocis AMOR ponatur; v. 240 item ita, ut supra primam litteram E syllaba LU quae est in voce BLANDILOQUENTULUS legatur: idemque prorsus locus est particularum CELATUMINDAGATOR et CULSUSEST.

V. 236 de ARTUS cogitari nequit.

V. 246 (p. 45) praef. p. XXXVI impressum est DARIDABITUR pro DARIDABITUR cum ligatura U et R litterarum, ut in versus fine.

V. 252 ego testor SANDALIOGERULAE, ubi I prorsus obtecta, pro O autem etiam C vel G legi potest.

V. 257b QUAMPRETII dubitationi non obnoxium est. Ceterum non PRETI, ut Stud. ait p. 592, sed PRETII Ritschelius in proecdosi testatus erat. SIT voculae nihil servatum nisi I litterae inferior pars.

Praef. l. s. s. v. 260 AMARA imprimendum erat, cum tertia A pro certo dignosci possit.

V. 261 Geppertus Studiorum II p. 10 litteram A in FUGAT dubiam esse negat, cum Stud. p. 592 etiam FUGIT legi posse putet. Litterae illius ne hilum quidem dispici potest, atque spatii ratio I non excludit; attamen per se spectatum probabilius FUGAT scriptum fuisse. Idem Geppertus l. s. s. ISIPSUM suum defendere conatur: parum feliciter vel propterea, quod S littera vocis Geppertianae IS unius 'sedis' spatio dextroversum distat. Certiora quam Studemundus legit despero enucleatum iri.

V. 261 in fine SUỌ; 264 item in fine inde ab R (quamquam haec non multo minor est) litterae deminui incipiunt[3]); 265 ·· AECIPITAUIT vocis etiam R littera pro certo legi potest.

3) Ceterum UST scriptum est, finali S litterae forma.

V. 270 (cf. praef. p. XXXVII, 5) APPLICARE codex p. 64, 5 exhibet, quode tacet Studemundus.

V. 274 'MIKI *ex* MAKI *factum As, ut visum est'* : certum est MAKI (I supra A), nimirum A littera puncto deleta et I supra posita. In fine LUBET, non ut praef. l. s. s. LUBET. Item v. 275 UANIDICIS, v. 278 CONSPECTU.

P. 46, 15 in inscriptione aut LYSITELES aut LYSITELIS.

V. 283 (p. 253) QUIBUSET planissimum est.

V. 286 KIUTCAGENS et v. 296 PRAECI.

Praef. p. XXXVIII v. 6. 8. 10. 12. 14. 16. 18 non suo loco positi sunt. Collocanda est N (NOCTES) sub S (SUNT) itemque reliqui versus.

V. 297: litterae EGOISTOS p. XXXVIII punctis notatae etiamnum legi possunt.

P. 254, 1 et 3 praef. p. XXXIX sic loco move, ut B supra P ponas et C infra P (CAPESSES). Versuum exitus hi sunt: v. 301 ADULESCENTIA; v. 303 IMPERIOTUO; v. 304 CENSUI; v. 305 SUO; v. 306 CENSEAT; v. 308 NŌSIBI; v. 309 CLUET; v. 310 GAUDEAS; v. 313 MEAE; v. 315 ALTERI.

V. 312 Studemundus p. 595 dicit CLUENT in fine certum esse. Errat, cum p. 254, 16 (ubi finem versus 312 ob longitudinem bipertiti habes) ORESCIUENT scriptum sit.

V. 314 Geppertus Studiorum II p. 10 contendit Ritschelii CONCILIATABULUM non minus recte legi quam Studemundi CONCILIITABULUM (vel potius, ut ipse Studemundus p. 589, CONCILIITABULŪ). Eum falli spatium docet, cum A latior sit quam quae possit scripta fuisse. Ceterum T litterae nunc nec vola exstat nec vestigium.

V. 315 NEUNOCTU nequaquam dubium est.

V. 321 (p. 39) exit in BONAE; 329 AUTEMTUŪ; 334 (p. 40) DISPERDIDIT; 336 EGET; 341 LUBENS; 342 TIBI. Bipertiti sunt v. 324 (QUAMUOLO p. 39, 10) et 330 (PERDIDIT).

V. 326 ADULESCENTE non dubium esse censeo.

V. 335 Schwarzmannus unde PRAEIUDICATUM derivaverit non assequor; neque enim ullo modo de PRAE-

MANDATUM dubitari potest: et sic Geppertus legit l. s. s. p. 4. Ceterum FERME praetulerim scripturae FIRME.

V. 352 (p. 7) lacuna inter QUA et NDO pergamenae vitio debetur. — Quodsi Studemundus aut TIBI aut SIBI legi posse dicit, posteriorem scripturam propterea reicio, quod nimis singulariter esset formata S, si apices etiamnum servati ad hanc litteram spectarent.

V. 354: IMMUNIS.

V. 358: UISELOQUERE dubitatione caret.

V. 360: FUIT; v. 361: ‖[4]) UOLTQUAENONUOLT; 369: ‖QUAMPATER; v. 362: CONSUETUDINE; 364: MALUST (non debebat Ritschelius huic scripturae addere 'ut videtur'; certa enim est); v. 373 (p. 8): PROBO; v. 380: LOQUI; v. 381: ‖SUSTINET; v. 382: ‖TRAMDOMUM.

V. 369 AGIDUM praeter AGEDUM legi potest.

V. 365 Gepperti Studiorum II p. 9 ···L·ESTFICTURAE falsum, Studemundi MULTUST rectum est; errat enim ille haud mediocriter, non satis esse ad M capiendam spatii dicens. Neque minus a vero abhorret quod idem contendit inter MULTA et OPERA nihil nisi EI posse scriptum fuisse: refutat spatii ratio. Quamquam negari non potest Studemundi ILLI perdubium esse. Suspicionem movet quod male ad L quadrant reliquiae tertiae litterae quodque inter hanc ipsam et O (OPERA) ne I quidem videtur locum habuisse. Non potui autem quod praestet enucleare.

V. 371 de EGESTATEME dubitari nequit.

V. 377 non commemoranda erat NEQ· scriptura, ut pote solita neque alibi disertis verbis adnotata.

V. 384 PERMITTO, non PERMITTAM scripturam spondeo. Hoc qui legit, eius error inde explicatur quod obiter intuenti O esse videtur A, P autem prior M litterae pars. Omnino PERMITTAM illud excluditur spatii natura; ubi enim quaeso AM collocabis, dispectis semel — neque id adeo difficile — POSCEDUCE litteris? Accedit quod O planissima est. Vides igitur parum considerate Geppertum p. 3 PERMITTAM lectionem defendisse; scriptum enim esse opi-

---

4) ‖ partem versus bipertiti singillatim scriptam designat.

natus PERMITTAM reliquam versus partem non amplius curandam putavit.

V. 385 (p. 255) post UNUM versum bipertitum esse non debebat in commentario critico omitti. Tali enim loco nescitur, utrum personae spatium A exhibeat necne.

V. 391: DOMI; v. 415 (p. 256) IMMORTALE; v. 418 (p. 265) COMPARET; v. 439 (p. 266) FACIT.

Ad v. 412 nihil ex A a Ritschelio adnotatur, propterea ut puto, quod Studemundus ubi de ipsa p. 256 agit nihil inde commemoravit. Idem tamen, ubi de aliis paginis refert (Mus. Rhen. l. s. s. p. 582 et 585), pro UNA scriptum esse UNAM narrat: idque re vera sic se habet.

V. 419 Geppertus Studiorum II p. 8 Studemundum negat recte legisse ERCLE, cum potius ERILE scriptum sit: merus error.

V. 424 INUENIREM non minus recte quam INUENTREM legi potest.

V. 427, ubi Ritschelius ··PENDI adnotat, codex DEPENDI ita exhibet, ut prima littera possit etiam P, secunda I esse.

V. 428 ego puto potius AIĖEBAS legendum esse, atque puncto quidem manu prima scripto.

V. 430 Geppertus l. s. s. p. 10 non excludi ait EIUS: falso. Nam quamquam EIIUS vocis littera tertia prorsus intercidit, tamen re vera eam exstitisse spatium docet.

V. 445 EADESTET praeclare quadrat.

V. 446 MEAS omnium scripturarum veri simillimam esse duco.

V. 447 TUA praefero, quia A litterae etiam pedis dextri parvulum fragmentum vidisse mihi videor.

V. 451 Ritschelius adnotat 'AEQUOMST *A*', idem tamen in proecdosi et iterum Studemundus p. 607 recte AEQUUMEST.

V. 456 (p. 9) delendum est sub FERENṬARIUM punctum, cum T litterae partium superioris et inferioris reliquiae quamvis perpusillae exstent.

V. 463 DICO vocis ultima pro hodierna huius paginae

condicione non potest non notari ut incertissima. Dici autem nequit quam incertae sint litterarum umbrae, quas supra O iure Studemundus ait perincertas esse.

V. 482 (p. 10) ATTINET eandem per se spectatum habet quam ATTENET probabilitatem.

V. 488: ABSTEPETO.

V. 502 (p. 41) UINBENEUORTAT et 510 RELICUUS dubitationem nullam habent.

V. 506 U posse supra scriptam esse nego, quoniam si addita fuisset, hodieque aliquid eius litterae dispiceretur.

V. 512 (p. 42) EDUCAT et v. 519 LUBET.

V. 522 A supra posuit corrector.

V. 534 Ritschelius adnotat 'pessime *F (non A)*': at A quoque PESSIME exhibet.

V. 541: MANUS. Ibidem KAEGST videtur sane legendum esse, sed fortasse videtur tantum, cum tale scribendi genus hoc in codice alibi nusquam reppererim.

V. 545 in A esse SET commemorare omisit Ritschelius.

V. 637 (p. 1) adnotavi A videri potius BENEUOLEI exhibere, quam ad scripturam aptissima sunt litterarum fragmenta. Etiam ultimae pars servata est, caput nimirum.

V. 638 PLACET; 641 PROMERES; 642 TIBITUI; 649 NŌ; 652 EXPETO; 665 (p. 2) INGENUŪ ||ADMODUM; 668 NEQ·UOLAT; 670 |PLACET; 671 NONUELIS.

V. 647 legi IUISQ· pro TUISQ·, quae scriptura etiam Studemundum fugit.

V. 649. Ne hic quidem recte Studemundus p. 589 ITAST, sed recte Ritschelius ITAEST. Ceterum accuratius etiam |ITAEST adnotabimus.

V. 650 Gepperti p. 8 TUN scriptura sat indiligentem prodit eius auctorem. Planum TUĀ et vix explicabile, unde ille ~ signum non exstare potuerit contendere.

V. 655 EXSIGNAUERO, non EXIGNAUERO.

V. 744 (p. 15) CARMIDIS omnino non posse legi contendo.

V. 745 ABSCESSERIT.

V. 755 non commemoravit Ritschelius A exhibere sicut Camerarius scripsit INDAGET: atque G quidem planissima est.

V. III, 3, 38 (v. adnot. crit. Ritschelii) MODU͞, v. 39b POSTEA.

V. 770 Studemundus p. 596, dum de alia pagina loquitur, QUIT in A esse dicit, id quod verum est. Omisit Ritschelius.

V. 835 (p. 17) ||TURBINESUENTI; 836 FRANGEREMALU͞; 838 ||TUMKABEO; 839 QUAERO; 843 OPERAMMEA͞; 846 MEIS.

Anapaestici v. 840 sqq. hoc modo collocati sunt:

QUIBUSAE . . . .

SETQUIS . . . .

V. 841 Studemundus p. 615 narrat SPECIEQ· scriptum esse, unde idem adnotavit Ritschelius. In eodem autem versu ille p. 582 refert SPECIEMQ· legi. Hoc, non illud rectum est.

V. 844 ARTIS probabilius est quam ARTES, et NAULATORIAS vel spatium docet non scriptum fuisse.

V. 848 (p. 18) |KASCEEPISTULAS; 849 KOMO et ||NESCIO; 854 PRIUS; 855 |ROAMPLIUS; 857 FACIT; 859 DUCERE; 860 SENTIAT; 861 ||CIESMIRASUNT.

V. 850 IT multo mihi probabilius quam IS.

V. 855 non vidit Studemundus SIQUIT pro SIQUID in A esse.

V. 861 de QUAMMAGIS non magis dubitari posse puto quam de MIKIKAEC.

V. 863 CONTEPLAT vero similius duco propterea, quod quarta littera paene omnino non potest P esse, sextam autem L fuisse a probabilitate abhorret. Video nunc Geppertum p. 10 eodem modo discernere.

Bipertiti sunt v. 1046 (p. 31, 2 et 3); 1049 (p. 31, 6 et 7); 1055 (p. 31, 13 et 14).

V. 1053 AMISERIS; 1056 UENDIDI; 1059 UOLO; 1060 SAEUITER.

V. 1046 dele punctum sub ANIMADUERTI; planissima enim est littera. Ibidem PUBLICE.

V. 1050 FITPROPIO (supra: PRO R) non 'ead. m.', sed (ut dixerat etiam Studemundus) correctoris manu supra additis litteris, id quod earum et forma et color ostendit.

V. 1060 non UELLET, sed UELLEL ego legi, non dubia ut visum est ultima. De proximi tamen vocabuli prima quae N esse dicitur ambigo, cum huius litterae apex tertius non compareat in loco nova scriptura libero.

V. 1061 (p. 32) DEDI; v. 1062 MALU͠; v. 1063 OBNOXIUS; 1067 APPONITO; 1069 OPTIMI; 1070 UESTRĀ | FIDEM; 1074 MEI; 1076 in fine UOLUN̄.

V. 1061 IMPERES, v. 1073 SALUUM.

V. 1074 Studemundum quoque fugit SEDDMITTE vitiose scriptum esse pro SEDOMITTE.

V. 1077 OTIOSE exhibere palimpsestum non debebat Ritschelius omittere.

CAPUT II.

Pseudulus ex Ambrosiano enarrata.

Prologi versus prioris principium in Palatinis sic fere proditum: *exporci melius lumbos* ut emendarunt Scutarius et Pius ita exhibet Ambrosianus: EXPORGIMELIUSTLUMBOSATQ·EXSURGIER. Scriptum autem legi in paginae 120 versu secundo, non in primo (id quod Ritschelius ratiocinatur praef. VIII sq.); vacat enim scriptura primus neque ullo ipsa fabula a prologo distincta est intervallo. Versus exitus qui est EXSURGIER (eodemque redit Palatinorum recensio) iam apparuit Gepperto p. 62, qui collato Epidici ultimo versu *plaúdite et ualéte: lumbos súrgite atque expórgite* illud *exsurgier* cum *lumbos* coniungendum esse statuit. Quod fieri posse negans Lorentius impersonaliter, ut grammatice loquar, *exsurgier* dictum putat supplendumque fere *foras*: multo id alienius a simplicitate itemque propterea parum probabile, quod sic si explicamus *surgere* verbi in Epidici versu usus παράλληλος 'ut inauditus non potest non offendere'. Et quis usquam legit deponens *exsurgi* vel *surgi* pro activo *exsurgere* vel *surgere*? Videtur autem *surgere* et *exsurgere* transitive ab antiquis usurpari haud aliter atque *penetrare* (cf. *pedem penetrare* et *se penetrare* apud Plautum);

cuius usus vestigia in posterioris aetatis lingua vulgari apparent. Testes mihi sunt glossae codicum Vaticani 3321 saec. VII f. 140[r]: SURGUNT : STATUUNT; Vaticani 1468: *excito* : *produco*, *surgo*; Casinensis 439: *surgunt* : *in altum* [*actum* cod.] *extruunt*. Accedit quod *surrexi* et *surrectum* formas notum est et intransitivas (a *surgere*) et transitivas (a *subrigere*) esse. *Surgere* autem non magis differt a *surrigere subrigere*, quam *surpere* a *surripere subripere*. Ceterum v. 5 et et 10 LUBENS et LACRUMIS habes.

Alterius quod Ambrosiano debemus argumenti quid hodieque legi possit, quid non item huius loci non est accuratius exponere. Quamquam autem multo plura mihi apparuerunt quam Ritschelio editionis p. 5, tamen non pauca quae Maius extricavit nunc prorsus evanuerunt. Quod cum ita sit, hic illic num recte ille legerit[5]) discerni iam non potest. Nempe dubito de quibusdam locis, velut de v. 14, quem sic Maius eruit: LENONEMFALLITSECOPHANTACIECACULA, cum ego inter SECOPHANTA et ACULA nihil dispexerim, intervallo autem tres fere litteras contineri adnotaverim. Unde sic versum redintegrandum propono:

Lenónem fallit sýcophanta[ns c]ácula[6]).

Quod contra Seyffertus et Bergkius a Maii scriptura profecti eoque simul consilio ut *cācula* prosodiam removerent sic scripserunt:

Lenónem fallit cácula sycophántice.

At metuo ne qui ita emendat ipsum scriptorem, non librarios corrigat. *Cacula* enim vocem, quae apud Plautum loco

---

5) Non autem recte legit (ut mittam quae Ritschelius et Geppertus correxerunt) v. 5 *reliquit* pro RELIQUID et v. 10 *adulescentis* pro ADULISCENTIS, recte contra sicut etiam Ritschelius v. 5 SYMBOLUM, unde fallitur Geppertus p. 63. Versu secundo ECFLICTIM probabilius legi videbatur quam EFFLICTIM. Similiter Pseuduli II, 4, 10 (701) *ecfecturum* scribendum est, cum Ambrosianus p. 124, 8 ETFECTURUM exhibeat.

6) *Cacula* vocis notitiam ex Trinummo III, 2, 95 (721) *uídeo caculam mílitarem mé futurum haud lóngius* repetendam esse patet: atque ex eadem fabula *sycophantans* fluxit. Cf. Trinummi III, 3, 57 (787): *quamquam hóc me aetatis sýcophantarí pudet*.

infra scripto tribrachyn explet, posteriore aetate dactylice metiebantur. Docent argumenti II qui praecedit versus:

Dat súbditiuo[7]) cáculae cum sýmbolo

itemque prioris quartus:

Veniéntem caculam ínteruortit sýmbolo;

nam hiatus etiam ab acrostichis alienus esse videtur.

Ultimum alterius argumenti versum Maius legit *scorto calydorus potitur uino seudulo,* ego autem haec tantum:

SCORTOCALYDORUSPOTITUR———SEUDULO

atque ita quidem, ut quattuor fere litterae intercidisse viderentur. Ibi postquam e *uino seudulo* Maius ipse *astu* vel *fraude Pseuduli,* Ritschelius autem ad litteras traditas propius accedens *saluo Pseudulo* elicuerunt, Sauppius ad Pseuduli ebrietatem verba spectare intellexit et *uino Pseudulus* proposuit, cum nuper Bergkius *auro Pseudulus* restituendum coniceret. Quos vides praeter Ritschelium omnes ab Ambrosiani *seudulo* recessisse, id quod si vitari potest non sane displicebit. Ibi autem, ubi Maius *uino* legit, corruptelam latere ego quoque persuasum habeo. Nam seiuncta *o* littera, quam *p* fuisse crediderim[8]) (*p*seudulo), restat *uiu*, quod nihili est, neque quidquam excogitavi, quod harum litterarum spatio contineatur. Videntur autem apices nonnulli addendi esse, ut intacta reliqua codicis memoria scribam:

Scortó Calidorus pótitur, vinum Pseúdulo.

Neque male sic dixit qui argumentum confecit poeta; in vini enim potestatem pervenit Pseudulus, non vinum in Pseuduli, qui haec blaterat V, 1, 1 (1246) sqq.:

Quid hóc? sicine hóc fit? pedés, statin án non?
An íd uoltis, út me hinc iacéntem aliquis tóllat?
Nam hércle si cécidero, flágitium uóstrum erit.

---

7) Sic Ritschelius pro Ambrosiani *subditicio*, quam vocem non Plautinam parum probabile est dedisse scriptorem ceteroquin poetae vestigia anxie prementem. *Subditivus* habet ex ipsa Pseudulo, cuius versus 752 hic est:

súbditiuom fíeri ego illum mílitis seruóm uolo

eademque forma, non *subditicius*, reliquis locis exstat.

8) Multo inter se similiores *o* et *p* litteras formavit qui argumentum addidit quam qui ipsum Plautum scripsit librarius. Ille enim OP, hic OP.

Pérgitin pérgere? ah séruiundúm mihi
Hódiest mágnum hoc uítium uínost:
Pedés captat prímum, luctátor dolósust.

Versui 18, quem Palatinorum recensio talem fere prodit:

Idem ánimus nunc est. fác me certum; quid tibist?

formam antiquiorem *face* ex Ambrosiano restitue.

Versum 19, ubi praeter Palatinos etiam palimpsestus exhibet AUTREAUT, omissa quam Camerarius Hermannus Ritschelius inseruerunt vocula *te*, scribendum puto *iuuábo aut red aut ópera aut consilió bono*: videtur enim pronomine careri posse, cum *iuuabo* sit fere nostrum 'ich will helfen'.

V. 24 Palatinorum *alia aliã* vel *aliã aliã* Ritschelius, quem sequitur Fleckeisenus, in *aliam alia* mutavit. Contra Kiesslingius BD codicum memoriam et inde derivatam scripturam tralaticiam *alia aliam* defendit: atque cum eo facit Ambrosianus p. 341, 8. Eodem duce reliquam versus partem emendabimus. Nam cum Palatini *ludis me ludo tuo* exhibeant, in palimpsesto autem Ritschelius LUDIN scriptum putaret, hic *ludin me ludo tuo?* dedit. At non potest ibi LUDINME legi cum ob N litteram perdubitabilem, tum maxime ob apicis qui Ritschelio E esse videbatur formam. Verum est LUDISIAMLUDOTUO, qua de scriptura semel enucleata ambigi nequit.

V. 35 emenda *eccam ín tabellis pórrectam: in cera ádcubat*, sicut iam Ritschelio A visus est habere posse, Geppertus autem p. 61 (id quod Lorentium fugit) et ego pro certo legimus.

V. 40 PELLEGO atque v. 29 et 35 OPSECRO in A sunt, falso autem (ob *has* voculam) GALLINAS v. 30.

Pro Palatinorum in v. 51 memoria quae est *macedonico* Ritschelius et ante eum Scriverius *macedonio* restituerunt, convenienter versibus 346 (*macedonio* BCD), 616 (*macedonio* AB, *macedonico* CD), 1090 (*macedonio* BCD), 1152 (*macedonius* BCD), 1162 (*macedonio* BCD). Comprobat emendationem palimpsestus.

V. 53 ET etiam in A est ibidemque ABIIT, quod Pylades correxit pro Palatinorum *abit*. Ceterum *abit* etiam qui

alterum argumentum composuit legisse videtur: cf. v. 4. V. 55 scribe *ea caussa,* cum Ambrosiani p. 345 ab his litteris incipiat: EACAUSS——.

V. 60 spatii ratione habita probabile est personae significatione palimpsestum caruisse. In proximo quoque versu Palatinis praestat, AUXILI#SINEPELLEGAM exhibens.

Inter v. 66 et 67 novum quem praebet Ambrosianus versum Studemundus Hermae I p. 296 sq. eruit talem:

NOSTRORUMORGIORUM——(7-8 litt.)——IUNCUL—(1-2 l.)

Suspicor autem codicem post illum novam traxisse labem; nam mihi haec tantum apparuerunt (vel potius apparuisse visa sunt):

NOSTRORUM——(fere 6 litt.)——UM·S (? ?)——(fere 5-6 l.)——UNCULA—(1 l.)

Vides paenultimam litteram ex parte certe etiamnum legi posse, post UM autem sequi duas, quarum priorem fere explere O vel similis litterae spatium, alteram autem parte inferiore ut S indicari dubitanter adnotavi. Contra I ante UNCULA nunc certe legi nequit, cum eius litterae pusillum capitis fragmentum sub vulgatae scriptura lateat: neque ullo modo ORGIOR (quae litterae ad spatium sane quadrant) dispicere potui. Atque — ut dicam quod sentio — dubitatiunculae mihi subnatae sunt, num sic olim scriptum fuerit. Quid enim? nonne si probabilitatem spectas veri simile est novum versum re vera versum fuisse? Quod contra quocumque modo lacunam ante UNCULAE hiantem expleveris, *nostrum orgiorum* ut corrigas metrum cogit. Quam rationem si dixeris nihil valere, cum etiam Ambrosianus corruptelis inquinatus sit, non obloquar. At illud non levis momenti est, quod inter versus *teneris labellis mólles morsiúnculae* et *papíllarum horridulárum oppressiúnculae* tam quam potest 'speciatim' prolatos non exspectamus 'generis', orgiorum, mentionem iniectam. Accedit quod orgia vocabulum ante Catullum apud scriptores Romanos non comparet. Lorentii autem appendicis criticae p. 251 coniectura *nostrum órgiorum pálpitatiúnculae* neque a lingua (*palpitare* non est *palpare*), neque a sententia (ad orgia *palpare* nequaquam aptum) stare pot-

est. Ego nondum repperi quod mihi ipsi sufficiat: in fine autem OSCULATIUNCULAE bene quadrat ad ultimi vocabuli reliquias. Absque quibus esset, versum probarem velut talem: *nostrórum femorum cónduplicatiúnculae.*

Cum Palatinorum recensione (non cum ipsis Palatinis, qui *ibi dea* et *scibi* exhibeant) facit palimpsestus v. 69 (p. 345, 16):

KARUNCUOLUPTATUMMIKIOMNIUMATQ·IBIDEMTIBI

ubi *harúnc*[9]) *voluptatum mi ómnium atque itidém tibi* a Plauto profectum esse apparet; et v. 72 (p. 345, 19):

KAECQUAEEGOSCIUIUTSCIRESCURAUIOMNIA

unde Sauppium et Brixium vulgatam recte defendisse patet, non autem recte Bergkium scripsisse *resciui.*

Versus 77 quoniam p. 346, 5 in has reliquias exit: OCULOFUIT, Ambrosianus videtur *sicco oculo* exhibuisse: multo id deterius quam Palatinorum *siccoculum.* Contra praestat idem v. 79 (p. 346, 1): EKEU————IDQUIDEM-KERCLENEPARSISDABO (cum ad lacunae spatium explendum quadret #EKEU) et v. 81: EKEU————USNUM-MUSULLUSEST#EKEU (ubi U#NEQ·INT apte suppletur), unde Ritschelii, Bothii, Camerarii coniecturae comprobantur. Eodem autem modo utraque recensio corrupta est v. 82, ubi A: ILL————URUSTMULIEREMCRAS-#EKEU.

Scaligeri emendationem huc usque neglectam vindicat et *est* copulae sedem adsignat A, versum 83 p. 346, 12 sic exhibens:

NAMISMIKITKENSAURUSIUGISINUOSTRA————T

Utrum *domoest* an *domost* in exitu olim fuerit ne spatium quidem facit ut discernere possimus. Nam in fine versuum minoribus litteris uti solet librarius.

Versuum 85 sq. cum has servaverit Ambrosianus p. 346, 13 sq. reliquias:

---

9) *Harunc* Studemundus quoque legit Fleckeiseni Annal. a. 1876 p. 60. Nititur autem ea scriptura solis spatiis, cum litterarum NCU ne umbra quidem hodie supersit.

ACTUMESTDEM————————TUMUṬUAM
DRACK————REUṆẠMMỊKỊQUAṂÇRASREDDĀ-TIBI [10]

atque lacunarum spatia a supplementis e Palatinorum recensione petendis non abhorrere videantur, sic restituo:

Actúmst de me hodie. séd potes tu mútuam
Drachumám dare unam míhi, quam cras reddám tibi?

Pro *tu* Palatini *nunc*, qua vocula non minus apte caretur, quam si nos vernacule dicimus: 'kannst du mir einen Thaler borgen?'.

Versu 88 e Palatinorum *quidē a drachuma* Ritschelius rectissime fecit *quid ea drachuma.* Ubi ne cui tantillum scrupuli iniciat Porphyrionis *quid de drachma*, Ambrosianum QUỊḌEAḌRACKUṂA exhibere sciat. Ac ne in eo quidem qui sequitur versu scholiastae scriptura *pendulum* — eaque vel per se spectata longe posthabenda est Palatinorum *pensilem* — palimpsesto defenditur, ubi legi P̣ẸNṢỊLE͞.

Dudum intellectum est in his Palatinorum versibus (91 sqq.):

Quis mi ígitur drachumam réddet, si dederím tibi?
An tú te ea causa uís sciens suspéndere,
Ut mé defrudes dráchuma, si dederím tibi?

aliquid turbatum esse, quoniam tolerari neqüit iteratus ille exitus *si dederim tibi.* Quem Ritschelius e tertio in primum irrepsisse et aliud quiddam, velut *quom eris mórtuos*, pepulisse coniecit: atque adsentientem habuit Lorentium. Iam videamus quid opis ferat palimpsestus. Eius p. 346, 19 et 135, 1. 2 haec exhibent:

QUISMỊKIIGITỤṚD————AṂREDDETṢỊDẸDEROTIBI
ANTUTEEACAỤṢSAUISSCỊENSSUSPẸNDERE
UTMEDEFRAỤDẸSDRACKMAMSIDEDERỊMṬIBỊ

unde apparet leviora menda corrigere vetustissimam membranam: nam Palatinorum in primo *dederim* e *dedero* sine

10) Quamquam quintae a fine litterae paene nihil discerni potest atque ~ supra scriptum prorsus evanuit, tamen *reddo* minore cum probabilitate legitur.

dubio corruptum est ob similitudinem exitus tertii versus. Secundo collocatio verborum TUTEEA (Ritschelius *tu ea te*) a Palatinis non discrepat, CAUSSA autem *ὀρθογραφία* praestat. Tertio denique B codicis *defrudes* et *drachumam* palimpsestus usitatioribus formis obscuravit, congruens tamen cum illo in *drachmam* accusativo. Itaque non puto dissenties, si sic eos versus scripsero:

An tú te ea caussa uís sciens suspéndere,
Ut mé defrudes, dráchumam si dederím tibi?

Leviora, ut dixi, palimpsestus corrigit: graviora restant. Ut enim mittam quod *quis drachumam reddet, si dedero tibi?* et *drachumam si dederim tibi* quasi uno oris flatu prolata minus etiam sunt tolerabilia ob accusativum bis positum, qui quaeso alterum enuntiatum eiusdem prorsus cum priore sententiae ab *an* vocula incipere potest? Itaque utrumque stare non potest: quaeritur utrum sit Plautinum. Atque Madvigio quidem v. 91 subditicius visus est, ego contra quin v. 92. 93 eius qui praecedit glossema sint nullus dubito. Nusquam autem planius interpolatorum conamina detegi possunt. Uno versu Calidorus dicit, mori se velle cum vivere nequeat: uno respondet Pseudulus *quis mi igitur drachumam reddet, si dedero tibi?*, ut breviter ita ad properantis dialogi lepiditatem aptissime; pluribus enarravit scholiasta sic: *an tu ea caussa te suspendere vis, ut me defrudes, si drachumam tibi dederim?*; ut versus evadant *sciens*, quod nihil est nisi 'assutus pannus', addidit nescio qui si dis placet poeta.

V. 97 CUINEÇ, v. 100 DRACKMIS, v. 101 LACRUMIS in A habes.

V. 102 Salmasius pro Palatinorum *in cribrum geras* scripsit *in cribrum ingeras*, convenienter sane versui 369 *ín pertussum ingérimus dicta dólium*, sed dubito num necessario. Ambrosiani certe corruptela p. 135, 11 INCREBRUMLEGAS[11]) non videtur aliorsum atque ad *geras* spectare.

Versibus 104 sq. in Palatinis sic fere traditis:

Spero álicunde hodie mé bona opera aut haéc mea
Tibi ínuenturum esse aúxilium argentárium

11) Minus probabiliter CRIBRUM legeris.

et ab aliis aliter scriptis Lorentius ut qui nondum sanati sint crucem affixit. At nescio an forte Italorum simplicissime *haec* in *hac* mutantium coniectura probari possit. Videtur enim Pseudulus dicere: 'spero me hodie argentum tibi esse inventurum bona opera[12]) aut aliorum [cf. *alicunde*] aut hac mea [quod dicens manus ad opem ferendam promptas porrexisse aut frontem pecuniae investigatricem digito tetigisse censendus est]'. Atque consentit ni fallor Ambrosianus, ubi p. 135, 13 sq. uterque versus haud aliter atque in Palatinis scriptus est, nisi quod prior sic terminatur: AUT——MEA. In lacuna cum tres tantum litterae fuerint atque primae quidem pusillum fragmentum ' ad K spectare videatur, quin AUTKACMEA ibi olim fuerit non dubito.

V. 106 Ambrosianus prorsus facit cum B codice, v. 107 FUṬURUMEST et 110 TUR̄BELAṢ (ut Festus, *turbellas* Palatini) exhibet.

V. 115 leviculi mendi Palatinorum *quo* pro *quod* exhibentium A non est particeps: nec magis falsae eorundem distributionis v. 116:

PS. Roga. CA. ópsecro[13]) hercle. PS. géstio promíttere

quam Acidalius bene correxit, uni Pseudulo versum continuans; nusquam enim personarum spatium interserit palimpsestus.

V. 121 et 122 inverso ordine cum BCD exhibere A codicem non fugit Ritschelium. Idem Ambrosiani apicibus spatiisque et Asinariae versu 654 ductus *semper*, quod in Palatinis intercidit, supplevit: atque ita plane exhibet palimpsestus, qui versus fini quoque succurrit. Is cum p. 136, 11 talis sit: UERUMSIPOTEST, haud cunctanter scribe: *uerum qui potest?* 'doch wie ist es möglich?'. *Si potes* illud Palatinorum variis modis corrigere studuerunt alii[14]): *qui potes*, in quod ego quoque incidi, Seyffertus. *Si* vocula, A et BCD recensionibus communis, qui nata sit non difficile puto ad explicandum. Nam cum antiqua corruptela duo versus sedem

---

12) Cf. nostrum 'gute Dienste leisten'.

13) *opsecro* ut B sic etiam A.

14) Cf. Lorentii append. crit. p. 252.

commutassent, qui eam Plauti recensionem paravit unde pendent et Ambrosiana et Palatina, *qui* traditum in *si* mutavit, ut aliqua certe integritatis species evaderet haec:

PS. Si néminem alium pótero, tuom tangám patrem.
CA. Di té mihi semper séruent. verum sí potest,
Pietátis caussa[15]) uél etiam matrém quoque.

Versum 124 Palatini talem exhibent:

CA. Oculum utrum anne in aurem? PS. At hoc peruolgatum est minus.

In palimpsesto ab initio versus UTR· esse, in fine MINUS omitti, num AT exstet se ambigere Ritschelius adnotavit. Geppertus autem p. 55 sq. quamquam recte legit MINUS (p. 136, 14 in fine MINUS), multo tamen peius Ritschelio de principio versus rettulit. Hic enim testatus est certa, ille quae videre sibi visus erat. Anno 1847 Geppertus ex A se notasse dicit UTRUMINOCULUMANNEAUREM, neque esse iterum inspecto codice cur de scriptura dubitet. At post UTR maior hodie defectus est membranae eundemque ante a. 1847 fuisse Ritschelii adnotatio docet. Itaque unde Geppertus potuit proximas post UTR litteras petere? De suo. Ex eodem fonte etiam ṛeliqua. Sic enim palimpsestus:

UTR —3 litt.— NINAỤṚEM # ATKOC e. q. s.

Ibi ad lacunam explendam nullae litterae aptiores sunt quam UMA, unde Ambrosiani memoria fuerit: *utrum an in aurem?*. Itaque vides, si Gepperti NNE ante AUREM eiusdem cum nostro NIN spatii esse reputas, illum in trium litterarum lacuna legisse UMINOCULUMA. Docet hoc exemplum, quid tribuendum sit aliis lectionibus Geppertianis aliorum versuum, ubi multo plura quam hodieque legi possunt enotavit: velut in Epidico (cf. supra p. 76). Iam quod ad emendandum versum attinet, ambigua res est. Ipso autem illo vocabulo A carere vides, quo deleto e Palatinorum memoria si metrum spectas elegantissima forma evadit haec:

Utrum ánne in aurem? # At hóc peruolgatúmst nimis.

---

15) Sic A.

Scribendum coniecerim *utrúmne in aurem?* glossa quadam duce, unde *utrumne* alibi comprobabo.

V. 130 A exhibet KERCLEOPSECRO#QUIDNEGOTIEST et v. 132 PERIURIICAPUT. — In extremis duobus primae scaenae versibus non Plautinae in A sunt hae scripturae: v. 131 MAUELIM (Palatinorum *mauellem* recte se habere metricae leges docent) et v. 132 PENITUS. Pro *penitus* autem, quod Palatini quoque tradunt, *intus* Plautus sine dubio scripsit. Ceterum corruptelam repeto a *de intus*, qua significatione *intus* hic usu venire quispiam adnotaverit.

Versus 133—137 ut trochaicos octonarios cum Ritschelio se discripsisse ait Lorentius appendicis criticae p. 254, sine dubio tamen anapaestos cum Muellero restituendos esse, si primus paulo aliter scriptus ex A sit proditurus. At hic quoque sicut non raro alibi nimis indulserunt anapaestorum in Plautum inferendorum studio. Octonarius trochaicus versus etiam in Ambrosiano est p. 137, 5:

EXITEAGITEEXITEIGNAUIMALEKABITIETMALECONCILIATI

unde vides Reizii[16]) pro Palatinorum *exite agite ite* emendationem comprobari. Anapaestis contra favet A, cum v. 136 EGO non magis omittat quam Palatini. Quam vocem cum minime probabile sit interpolatori deberi, scribendum puto *néque ego nunquam hominés magis asinos uídi: ita plagis cóstae callent.* — V. 134 NUNQUAM et QUOIQUAM, v. 137 (ut suspicatur Ritschelius) QUUM, v. 142 HAU habes.

De versuum 138 sqq., qui est satis difficilis locus, in A scriptura Geppertus p. 59 non plura enucleavit quam Ritschelius. Qui quod dicit versuum 138—141 distinctionem qualem A praebeat se servasse, non debebat omittere eorum qui praecedunt 134—137 distributionem omnino non discrepare; namque ei quoque binis semper versibus ('lineis' ut vulgo aiunt) continentur, bipertiti scilicet ob nimiam longitudinem. Itaque discriptionis qualis in Ambrosiano est auctor singulos,

---

16) Neque enim Hermanni est: cf. huius Elementa doctrinae metricae p. 188.

non binos versus esse voluit eos, quorum initia sunt QUORUMNUNQUAM, QUIBUSNISI, NEQUEEGO, QUOSQUUM, QUIHAEC, EORUMOFFICIUMST eodemque prorsus modo scripti sunt 142 sq. 152 sq. 157. 161. 165—169[17]). 174—186. 190. Reliqui singulos versus occupant. Iam accedamus ad ipsam v. 138 sqq. in A scripturam, quae haec est:

QUIKAẸCKABENṬCONSILIAUBIḌATAOCCẠSIOSTRẠPETẸN
I
KARPAGẠBIBEESFUGEKOC
EORUMOFFICIUṂṢTṂAỤELỊSLUPOSAPUDOUEISQUẠṂKOS
DOṂỊLINQUERECỤṢTOḌES

Nostro cum apographo Ritschelianum velim conferas. Gravissimi autem momenti est p. 137, 16 scripturam enucleavisse. Ibi qui attentius litterarum reliquias contemplatur, post sat breve studium perspiciet neque Ritschelii EORUMSTOPUS neque Gepperti l. s. s. EORUMOPUS ullo modo legi posse, cum post EORUM planissimae sint OF litterae: atque de lectione OFFICIUM semel reperta dubitari nequit. Inter OFFICIU autem et MAUELIS (cuius A L S tantum litterae ex parte servatae sunt) ṂṢT, multo minus apte ṂỤT spatium complet.

Haec huius loci in Ambrosiano discriptio: ad prorsus autem eandem Palatinorum recensionem redire certum est. In B enim cum scriptum sit:

Qui haec habent consilia ubi data occasio est rape clepe
tene harpagabile est fugi hoc est

maiuscularum litterarum ratione habita facile intellegis duobus olim sicut in Ambrosiano versibus haec verba distributa fuisse. Non potest autem probari talis discriptio cum alias ob causas tum propterea, quod *hoc* vocula priori versui agglutinata et ab altero discerpta est. Itaque restat ut nostris ipsi viribus freti Plautinam formam restituere conemur. Atque quod ad verba (non ad metrum) attinet, praestat sine ullo dubio Palatinorum recensio *clepe* exhibens, quam vocem exquisitam ab ipso poeta profectam esse patet: eam Ambrosianus omittit, Nonius quoque legit.

---

17) Versu 170 terminatur p. 351, incipit a v. 171 p. 352: quod adde Ritschelianae praefationi p. V.

Contra multo quam *opus* melius est *officium*; debebat enim non *hoc eorum opus*, sed alio vocabulo ab eadem *op-* radice derivato dici: *haec eorum operast.* Cf. v. 142: *át faciem quom aspícias eorum, hau máli uidentur: ópera fallunt*; v. 160: *num quí minus ea grátia tamen ómnium utor ópera?*; v. 183: *quíd mihi nisi malúm uostra operast, ímprobae, uiní modo cupidae?*; v. 219: *númqui quoipiámst tuorum túa opera hodie cónseruorum nítidiusculúm caput?*. Fortasse autem *opus* illud non recensionis auctori, sed librariis demum debetur, cum *opusut* possit sane mera pro *officiū* corruptela esse. Palatinorum versus sic discripserim:

Qui háec habent consília:
Úbi data occásiost, rápe clepe
Tene hárpaga bibe és fuge.
Hóc eorúmst opus: máuelis
Lupós apud oues línquere,
Quám hos domi custódes.

ubi intacta[18]) codicum memoria singularem vides evasisse verborum cum versibus concinnitatem, atque adeo responsionem hanc: a b c b c a. At quoniam *opus* vocabulum stare nequit, ipso Plauto non indignos censeo hos versus:

Qui háec habent consília:
Úbi data occásiost, rápe clepe
Tene hárpaga bibe és fuge.
Hóc eorum offíciumst.
Máuelis lupos apúd oueis línquere, quam hos domí custodes.
Át faciem quom aspícias eorum . . . .

In tres breves solutum creticum in fine secundi et puros iambos tertii versus consulto poeta posuit, ut depingeret servorum in furando, comesando, fugiendo malam agilitatem; cf. Trinummi v. 289: *cétera rape trahe fúge late,* in primis autem Persae 421: *perénniserue lúrco edax furáx fugax,* cuius versus puris praeter unum pedem iambis conscripti paenultimam sedem item conformare vetabat certa metri lex. Ea, cum

18) Nisi quod *ut* sicut sententia postulat omisimus.

ibi quoque observetur, ubi neglecta augebat 'vim comicam', quam severa fuerit vides.

V. 143 ADUORTETIS, v. 145 UARIASINT ut Palatini, v. 148 ATQ·KERIIAMEDIXERAM ut vetus et EAS ut Palatini, v. 150 COGATIS ut Palatini, v. 152 UOSTRUM, v. 154 DOLETNEEMSIDATUR, v. 157 FAC exhibet palimpsestus.

V. 147, ubi Prodromi p. 290 sq. *tonsilia tapetia* scripsi, tum temporis nescius Bergkium et Usenerum idem proposuisse, Ambrosianus emendationem comprobare videtur, cum p. 138, 6 maiore cum probabilitate TONSILIA quam CONSILIA legatur. Ibidem TAPPETIA, non ut Ritschelius testatur TAPETIA, scriptum est, quae ὀρθογραφία item in Palatinis tradita in textum qui vocatur recipienda est. Simillimus enim locus (cf. Prodromum l. s. s.) Stichi v. 378, ubi falso legerunt Ritschelius TONSILIATATREPETIA et Geppertus p. 45 TONSILIATAREPETIA, eodem modo in A p. 63, 1 scriptus est TONSILIAETTAPPETIA. Hodieque Itali dicunt *tappeto*.

Versus 144 *nísi somnum socórdiamque ex péctore oculisque ámouetis* exitus in A ita comparatus est, ut inter OCULISQ· et MOUETIS non sufficiat A littera ad explendum spatium. Quod cum ita sit, dum codicem confero conieci *exmouetis*; atque sic Plautum scripsisse persuadent Truculenti I, 1, 58 sq. versus: .. *mihi haec meretrix quae híc habet Phronésium suom nómen omne ex péctore exmouít meo.*

Valde dubiae scripturae v. 149 in Palatinis talis fere est: *uerum ita uos estis praediti neglegentes ingenio improbo*, ubi *praediti* in *perditi* mutare et vocabula diversis modis collocare solent. At tenendum est verba *ita uos estis praediti* .. *ingenio* vetustam esse memoriam, quam iam legit qui versiculum ab Usenero recte remotum *nempe ita animati estis* e. q. s. confecit; neque male dicta: cf. Terentianum Andriae v. 98: *qui gnátum haberem táli ingenio praéditum.* Accedit auctoritas Ambrosiani, in quo pro certo legi p. 138, 8 ESTISPR, unde non potest scriptum fuisse PERDITI. Idem autem in fine exhibet INPROBI sive IMPROBI, quae scriptura docet in sola voce *neglegentes* corruptelam latere; cf. v. 183: *quíd mihi nisi malúm uostra operast, ímprobae?*. Dolendum est autem

quod ut Ambrosiani plenam scripturam enuclearem mihi non contigit. Hoc tamen certum inter ESTISPR et INGENIO aliquanto pauciores quam AEDITINEGLEGENTES litteras scriptas fuisse[19]). Feliciore fortasse successu palimpsesti memoria denuo examinata prodibit; interim ita versum conformandum duco, ut *neglegentes* ex *neglegenti* natum ratus pro ipso hoc glossemate inseram explosum aliquod exquisitius adiectivum. Quoniam autem *neglegens* esse solet *desidiosus* vocis interpretamentum: quode confer sis has glossas:

desidiosus: neglegens (glossaria cod. Vaticani 3321, 'abavus', 'affatim')
desidia: neglegentia (glossae 'abavus')
desidescere: neglegenter agere (cf. Prodromum p. 381),

de hac versus forma cogitaverim:

Verum íta uos estis praéditi desídioso ingenio, ínprobi,
Offícium vostrum ut uós malo cupiátis commonérier.

Versus 153 principium neque persanatum est hucusque, neque palimpsesti ope persanari potest. Palatinorum enim recensio versum violans *hoc uide sis ut alias res agunt* nequaquam cedet Ambrosiani[20]) scripturae KOCUIDEASALIASRESAGUNT, quam 'correctorem metricum' in illius locum substituisse puto. Namque Plauti et omnino comicorum generi dicendi illud plane patet multo similius esse quam hoc. Omissa igitur utpote novicia A codicis memoria, quid verum sit videamus. Quod autem hoc loco Bothio duce omnes *ut* voculam delent non magis probo quam quod *sis* post *uide* collocatum tolerant: nec Ritschelii coniectura in adnotatione prolata *uide sis ut alias* placet. Nam neque *hoc* neque *ut* vocula apte caremus, cum utraque prorsus quadret ad usum comoediae:

Cistellariae I, 1, 57 sq.: ... *hoc sís uide, ut petíuit Suspírium alte.*
Mercatoris I, 2, 57 (167): *Hóc sis uide, ut palpátur...*

19) Praeter AEDITI locum habent circiter octo litterae, quarum quarta videtur L esse.

20) Ibi Ritschelius KOCUIDESIS legere sibi visus est.

Stichi I, 3, 113 (270) sq.: ... *hóc uide,*
Satis út facete ... ástitit.
Pseuduli IV, 1, 44 (954) sq.: ... *illuc sís uide,*
Út transuorsus, nón prouorsus cédit ..
Aululariae I, 1, 7 sq.: ... *illuc sís uide*
Ut incédit ...
Militis II, 2, 45 (200) sq.: ... *illuc sís uide,*
Quem ad modum astitit ...

Iam cum exempla modo collecta[21]) *sis* ante *uide*, non post hoc exhibeant, omni ex parte placebit opinor haec versus scriptura: *hoc sís uide ut alias rés agunt.*

V. 157, ubi Palatini *tu qui urnam habes aquam ingere*, palimpsestus potius (I)EGERE: scilicet e puteo; 'hole Wasser'.

V. 164 SPARSA, sicut Acidalius coniecit et Diomedes exhibet, in A est.

V. 167 scribe *magnufice*; apparent enim p. 351 ab initio tertii decimi versus MAGNUFIC litterae.

P. 352, 17, ubi habes versus 180 exitum, non *mellitae* scriptum esse apparet, sed MELLILL, post quod duae fere litterae (num AE?) interciderunt.

Versus 184 (cf. Lorentium appendicis p. 257) in A sic exit: MADEFACTATISQUUMEGOSI MIKICSICCUS, errore ad explicandum facili; putabat enim librarius ex *simhi* faciendum esse *si mihi.*

V. 185 quod QUAMQ· codex exhibet tribuendum est illi, qui recentius dicendi genus recensendo in Plautum invexit. Collocatur autem QUAMQ·NOMINE.

V. 191 *mihi etiam familiae* Palatini, MIKIETMALITIAEMEAE palimpsestus, comprobans is Bothii emendationem et sat miram, sed explicabilem exhibens tertii vocabuli corruptelam.

V. 194 sq. cum omittat A *quae loquitur*, habes trochaicum septenarium cum dimetro catalectico:

Sátin magnificus tíbi uidetur? # Pól iste, atque etiam málificus.
Séd tace atque hanc rém gere.

Non est autem haec scriptura ab ipso Plauto profecta. Sic

21) Debentur Fleckeiseno Philologi t. II p. 90.

enim si sumimus poetam dedisse, duobus tantum modis verba coniungi possunt; ni mirum aut: *audin, furcifer? satin magnificus tibi videtur?* — id quod sensu omnino caret, quoniam non est cur Calidorus Pseudulum appellet furciferum —; aut sic: *audin? furcifer satin magnificus tibi videtur?* — id quod vel ob collocationem improbandum. Atque demptis illis verbis ab usu Plautino recedimus, ex quo *audin* vel *viden* non proferri solet sine *quae loquitur*, *quid ait*, al. locutionibus. Simillimus locus est Mostellariae v. 1173: *uiden ut astat furcifer?*. Delevit igitur Ambrosianae recensionis auctor.

Paginae 356, qua continentur v. 196—205, apographon meum integrum aliqua cum utilitate puto lecturis me propositurum esse. Nam cum multa fugerunt Ritschelium Geppertumque, ut in pagina ad legendum partim perdifficili (v. 1—4), partim difficili saltem (5—19), tum apte ni fallimur ea utemur, cuius ope discriptionis in palimpsesto *συμμετρίαν* ostendamus.

PSEU͂

AEṢC̣KRODORATUQUAEAMICỌṢTỊBỊKAḄẸṢLENONUMAEMOLos
LANIOṢQỤIITEMUTNOṢỊUṚẠNDỌIUREMALOMALEQUAE
ṚUNTREMAỤḌỊ

I
NISỊCẠRNARIATRIAGRAUỊḌATOGERIBUSONEREUBEREKODIE
MIKIERUNTCRASTẸQUASIDỊRCAMOLIMUTṂẸMORANTDUo
GNATIIỌU —

(I) (E)
DEUINXEREADTAURUMỊṬEMEGỌTEDISṬRỊNGAMADCARNARIU͂
IDTIBIPROFECTOSTAURUSFIẸṬ # NIMỊSSẸRMONEKUIUSIRA
INCẸNDỌṚ
KỤNCỊNEKICKOMỊṆẸMPATỊ
COLEREIUUENTUTẸMATTICAM
UBISUNTUBILATENTQUỊBUSAETAṢINTEGRAESTQUỊAMAN
ALENONE
QUINCONUẸNIUNTQUINUNAOMNESPESTEKACPOPULU͂
KINCLIBẸRANṬ
SED
UAK
NIMIUSSTULTUSNIMISFUI
INDUCTUSILḶỊNẸAUDEANṬ

v. 1. AEMOLOS velut *conciliabolum* in BCD Trinummi v. 314.

v. 2. MALOMALEQUAERUNT Studemundus quoque legit emendationum Plautinarum p. 11 adn. 5. REMAUDI sicut Pall.

v. 4. TOGERIBUS cum exhibeatur, levicula pro *tegoribus* corruptela, A formam *r* carentem confirmat. | Ibidem UBERE.

v. 6. Post IOU aut IS, aut una tantum littera, velut E, scripta fuisse potest.

v. 7. Ex EGOTEDISTRINGAM, quod nunc video Usenerum iam repperisse palmari emendatione, Palatinorum *hodiestringam* corruptum esse facile patet.

v. 8. IDTIBIPROFECTO ut Pall. | Pro PROFECTOSTAURUS Geppertus p. 60 PROFECTUSTAURUS legit.

v. 10. Hermanni *nos* etiam ab A abesse vides. Sunt autem duo dimetri troch. catal.:

húncine hic hominém pati
cólere iuuĕntutem Átticam

v. 12. AETASINTEGRAEST haud aliter atque Pall. | In fine versus N et T litterae colligatae.

v. 15. HINC pro *hunc* Palatinorum.

v. 16—19. Valde manca esse vides quae Geppertus p. 62 de his versibus refert. Fugit enim eum[22]) SED vocula, difficilis sane ad eruendum, sed semel eruta nulla ex parte dubia; versu 18 NIMIUSSTULTUS tantum contineri opinatur; ultimi nihil legit nisi extremam vocem AUDEANT.

Pagina 121, 1 simili ut p. 355, 16—19 spatio ab initio relicto exhibet IDFACEREQUIBUSUTSERUIANT: atque ad eandem horum versuum discriptionem veterem codicem redire patet, nisi quod is alterum et tertium in unum contrahit.

V. 268, ubi *potest* Servius et *potes* Palatini, palimpsestum cum illo facere testor. Ibi ego BCD librorum scripturam praetulerim ita conformatam: *Nón p o t i s pietáti opsisti* . .

---

22) Nempe A dicit *uah* pro *sed* exhibere.

Trinummi v. 780 pro librorum *propemodo* cum FZ *propemodum* restituendum censeo. Iure enim adnotat Brixius apud comicos non usu venire nisi hanc formam. Scrupulum inicit et Lorentium[23]) ad *propemodo* probandum movet Pseuduli v. 276, ubi *prope modo* (nisi quod *modŏ* B) Palatini. Sciendum est ibi palimpsestum PROPEMODUM exhibere.

Pseuduli v. 397, ubi *qui neque parata gutta certi consilii* BCD, QUOINECPARATIESTQUIÇQUAMCERṬICONSILI A (non, ut Ritschelius legit, NEQ·PARATUST), ob discrepantiam palimpsesti et propterea quod alterum eiusdem usus exemplum non exstet Lorentius de integritate dubitat sic adnotans: '*gutta* .. *consili* beispiellos, aber auch kritisch unsicher'. At antiquae comicorum linguae scientiam supplet hodiernus Italorum sermo; simillime enim dicunt Mediolanenses *nagotta* pro *nihil.*

V. 425 si quis non tolerandum putat *ibí* in secundo pede positum, facile veterem formam restituere poterit in hunc modum: *proficíscere ibi nunc óppido* . . . Ceterum in versu qui praecedit e Scaligeri emendatione scribi solet *qua in* (*quin* Pall.) *commeatum*, cum palimpsestus doceat verum vidisse Camerarium *quo in* proponentem.

V. 433 exitus, qui Ritschelio non apparuit, hic est: MAXUMETIBIṚENUNIAN. Videtur ibi disçrepans scriptura servata esse, ut alii pro *sed sí sint ea uera út nunc mos est máxume* legerint: . . *út nunc tibi renúntiant.* Hanc autem illi longe posthabendam esse intelleges, si versus 430: *nam istaec quae tibi renuntiantur, filium* .. et 420: *argentum ad eam rem. hoc alii mihi renuntiant* contuleris.

V. 446 palimpsestus SCELERUMCAPỤTKICCORRỤPITMỊKIFỊLỊUM, ubi ut collocationem verborum non probandam exhibet, ita Bergkii apud Lorentium appendicis p. 264 coniecturam *corrupit* confirmat.

V. 469 scribe *uociuas*, cum A exhibeat UOÇỊUAS (A).

Versu 472 pro *iam tibi* | *mirum id uidetur?* multi multa coniecerunt, tamen verum non viderunt. Neque enim *itan* (Aci-

[23]) Cf. appendicem Pseuduli p. 260.

dalius), neque *nam* (Bothius), neque *num* (Ritschelius), neque *an* (Kiesslingius) scribendum, sed simplicissime *tam* Ambrosiano duce, qui in versu qui sequitur *id* omittit: parum hoc probabiliter.

V. 561, ubi *iam hic adero* Pall., in palimpsesto autem IAMADERO esse creditur, Lorentius Philologi t. XXXV p. 175 sq. *iam hic ero* coniecit: idque bene; idem enim exhibet palimpsestus. Cur autem accentum addiderit[24]) *iam* voci (debebat potius *iam híc ero*) non magis intellego quam qua ratione dicat v. 25 *dícĭs lépidis* positionem neglegi; v. 70[25]) *mi* et 281 *te* in thesi cum hiatu corripienda esse (quidni eliduntur?); v. 71 *quae* et 267 *pro* in thesi cum hiatu corripi (ipse enim Lorentius *quaĕ ĕgō* et *prŏ ămīca* metitur); v. 469 *tu* ante *ubi* corripi (foedissimo enim hiatu idem *tŭ ŭbi*: voluit fortasse *tŭ ŭbí*; namque correptioni omnino non locus, si *úbi* acuimus; ceterum ne *tŭ ŭbí* quidem ibi ferri potest); v. 150 *dúriŭs* syllabam ancipitem esse, ut in diaeresi (at sequitur *tergum*); cur v. 321 collocet *aliquos sex* | *dĭēs* | *modo*, unde evadit prava in paenultima sede vox iambica (iam Geppertus p. 95 testatur in palimpsesto *iam dies aliquos modo* esse), et putet v. 896 *stratióticŭs homo qui cluéar* (ante *h* litteram!) itemque v. 808 *meŭs qui éssitabunt*[26]) positionem neglegi.

Inter v. 572 *dum cóncenturio in córde sucophántias* et 573 *tibícen uos intérea hic delectáuerit* novi versus fragmentum e p. 166, 3 erui hoc:

circ. 15 litt.
——————————ONEROUOBISMORAE

quod exempli gratia sic suppleverim: [*statím reuortar: n*]*ón ero uobís morae.* Supplementum meum vides quindecim litterarum esse. Non ex abrupto iam sequitur v. 583, sed melius cum eis qui praecedunt conexus:

---

24) Nam non typographi errorem esse adnotatio docet ad v. 60 scripta, ubi 539 corrige pro 538.

25) De his et eis qui secuntur usque ad 469 versibus cf. Lorentium ad v. 60.

26) Cf. ad v. 1259. Ibi 645 non potest non esse mendum typothetae.

Concédere aliquantísper hinc mi intró lubet,
Dum cóncenturio in córde sucophántias.
Statím reuortar: nón ero uobís morae;
Tibícen uos intérea hic delectáuerit.

V. 615 palimpsestus QUIDỊLLỊÇSỌLUSSẸCỤMLOQỤỊ-ṬỤṚ exhibens collocationem verborum corrigit. Idem v. 618 recte MEOERỌ.

V. 644 Lorentius cum Ritschelio: *égo nisi ipsi Bállioni argéntum credam némini.* At restituendum *nummum*, cum ita rescriptus quoque exhibeat, id quod contra Ritschelium recte monuit Geppertus de codice Ambrosiano p. 30.

V. 668 *redduxit* scripturam cum vetere codice etiam palimpsestus servavit.

V. 669 *mihi* supplementum Ritschelianum A confirmat.

V. 674, ubi Ritschelius nihil extricavit, ego erui FACIAMETCOPIPECTORE, scripturam e Nonio iam notam.

V. 703 hic est in A: TETETURANNEROGOQUIIMPERI-TASṠPSEUDOLE, S littera m. 1 deleta.

V. 706 Studemundus apud Seyffertum studiorum Plautinorum p. 7 OBSONATO testatur. Quod si re vera legit, error est: OBSIGNATO in A habes planissime scriptum.

V. 708 Lorentius 'bracchium'; at duplex *c* veteri codici, non doctorum supplemento debetur. Ceterum A BACCKIUM.

V. 712 Buggei Muellerique *quin tu sic quid opus* palimpsestus comprobat.

V. 723 ita scribendus est cum A: *Egone?* ‡ *Tu istic ipsus, inquam* . . .

V. 737 sic restitue ex A: *sed iste* (quamquam etiam *isti* scriptum esse potest) *seruos* (sic A) *ex Carysto qui hic adest ecquid sapit?*. Scaliger *ecquid* coniectura iam repperit.

V. 739 cum A scribe: . . *atque acidissumum.*

V. 742 sic exit in Ambrosiano: . . *coepit pantopolium.*

V. 831 sqq. condimentorum fabulosorum nomina in A haec sunt: v. 831 COCIL$\overset{\text{I}}{\text{E}}$NḌRUM, v. 832 C$\overset{\text{(I)}}{\text{E}}$POLENDRUM et S$\overset{\text{E}}{\text{I}}$CAPTIDEM, 835 CIOMALINDRO (hinc Palatinorum *cicimandro* corruptum esse docet *coci-lendrum* et *cepo-lendrum*

vocabulorum similis conformatio), v. 836 KAUTKAPALOCOPIDEAUTCATARACTRIA. Ceterum v. 833 EAEPSEPATINAE.

V. 885, ubi Palatini *prius quam quicquam conuiui dabis*, Ambrosianus recte *prius quam cuiquam conuiuae dabis*. *Quicquam* illud ad *quoiquam* redit.

Vetus codex quanto praestet CD libris novo exemplo docet v. 889. Ibi enim hi *nimium tinnis non places*, ille satis miro errore, ut videbatur, *n. t. n. taces*. At pristinae scripturae reliquias, non errorem exhiberi palimpsestus ostendit, unde restitue: *moléstus ne sis: nímium iam tinnís: tace.* Turbas videtur movisse quod post *nimium* interciderat *iam* vocula. Quamquam potest etiam de diversa recensione cogitari in hunc modum: *nimium tinnis: non taces?*.

V. 893 palimpsestus ad praeclaram redit hanc scripturam: . . *est quoqui sublingulo*. *Sublingulo* a *sublingulus* sicut *subregulo* a *subregulus*. *Subregulo* autem habes in inedita 'libri glossarum' glossa, velut in Ambrosiano B 36 inf. sic tradita: *dts* [= *de glosis*] *Tetrarcha*: *subregulo*.

V. 901 *eum promisisse fortiter dixit sibi* in A est, v. 918 *stratioticus esse homo cluear iam*.

V. 933 haec legi:

QUIMAGISTERMIKIESAN—2–3 *l.* (B) P/I—DEROUTSCIAS

magister bene repperit Buggeus. Restat iam vox antepaenultima, quam *superavero* verbi synonymum esse patet. Non habeo quod omni ex parte litteris enotatis sufficiat. Inter N autem et D spatio contineri possunt RI vel ELI vel TU vel KI vel similes litterae.

V. 955 scribe cum A *non prosus* . . .

In titulo IV, 2 Studemundus 'Festgruss' p. 56 sqq. dicit IA post SIM intercidisse. At integrum nomen SIMIA pro certo etiamnum dispici potest.

Versus 959 hanc formam erui e pusillis veteris scripturae frustulis, quae superiori foraminis margini adhaerent:

INGREDEREINUIAMDOLOSEEGOKICININSIDIISERO

Versus reliquiae tam sunt exiguae, ut qui legendi parum

gnarus palimpsestum inspexerit non dubitem quin haec ibi scripta esse praefracte neget: nihilo tamen setius recte me legisse persuasum habeo. Ceterum *dolosė* illud coniectando iam assecutus est Camerarius.' CD libri, ubi *dolos et ego et hic*, cum A comparati docent veteris scripturam *dolos ego et hic* ita natam esse, ut *dolose* in *doloset* corrumperetur, *et* falso iteraretur, suo denique loco omitteretur.

V. 960 in PORTAADPROXUMU͞ exit.

V. 973 IPSEESSE, quae est sat frequens in palimpsesto pro *ipse sese* corruptela. Multo autem praestat quo Palatini redeunt *ipsus sese*.

Quattuor scripturis a BCD discrepat versus 975 in Ambrosiano conformatio:

LEG$\overset{\text{E}}{\text{I}}$RUPUMIMPURUMPEIIURUMATQ·IMPIUM#ME-QUAERITAT

Etiam B *peiurum*, sicut A v. 1083 PEIURUM. V. 986 EIIUS in A est.

V. 979 cum A scribe *ipse ego sum, adulescens* ... *Quaeris* Ritschelianum confirmat codex rescriptus, non item eiusdem *perforator* v. 980, ubi legi:

EGOENIMUEROIS———TIT———RFOSSOR-PARIETU͞

(? ? above TIT)

Ibi cum lacunarum alteram expleant SUM#UTUES, alteram autem videantur certe explere posse USESPE litterae, sic fortasse interpretandum est: *ut uestitu's, es perfossor parietum. Perfossor* pro *perforor* iam Itali correxerunt.

V. 987 ex *oho* (sic BCD) cum Bothio faciendum esse *oh*, non *eho* cum Italis et Camerario, palimpsestus docet.

V. 989 in A talis est:

PURUSPUTUSESTIPSUSNOUIKEUSPOLUMACKAERO-PLACID$\overset{\text{(E)}}{\text{I}}$

mutus Palatini. Falso IPSUST Ritschelius et POLYM- Studemundus Studiorum I, 1 p. 171. Probabilior in fine I quam E.

V. 1129 purissimis baccheis conformatum sic exhibet A p. 393, 13:

BONIMEUIRIPAUPERANTIMPROBIAUGENT

Palatinorum scripturam ita explicaverim, ut *alent* sit corruptela una cum emendatione servata, *rem meam* autem et *mali* glossemata ad *me* et *improbi* spectantia. *Augent*, quod oppositum verbo *pauperant*, bene dictum est eique *alunt* minime praeferendum.

V. 1158 Muelleri emendationem *iam diem multum esse* ... palimpsestus confirmat.

V. 1179 scribe cum A *sanein estis?* itemque v. 1182 *Ei in malam crucem*; hoc enim loco EIN ex EIIN natum.

V. 1187 cum in A haec mihi apparuerint p. 419, 5 sq.:

QUIDDOMINOQUI(?)——NIA————————
O————

ad lacunas autem explendas optime quadrent DSOM et TISMEAQUIDEMKAECKABEO litterae, palimpsesti recensionem patet *quid socii* omittere.

V. 1191 quoniam post parvulam quae KERCLE excipit lacunam sequitur E litterae caput illique lacunulae bene respondeat U litterae spatium, scribendum propono: *résponde, obsecro hércle uero sério hoc quod té rogo*, quae verborum collocatio quam sit commendabilis non est quod moneam[27]).

Versus 1204 in palimpsesto pessime habiti (sicut paginae 420 versus 1—13 omnes) haec enotavi:

————————N(?)——SMEDITATUMMALEST

ubi prior lacuna circiter 10 litteris minor quam qua NONCONFIDITSYCOPKANTAKICNEQUAMEST contineri possit, ut videatur SYCOPKANTA omissum fuisse, altera autem non UGA, sed UGI litteris par est.

V. 1222 cum A scribendum *hércle te hau sinám moriri* ..

V. 1234 cum in fine U̅ certissime apparet, scribendum esse apparet:

Séquere tu. nunc ne éxpectetis, dum hác uia redeám domum.

27) [Idem coniecisse Muellerum 'Nachträge' p. 140 ex Lorentii appendice nunc demum video.]

V. 1284 talis est in A:

APERỊṬEAPERIṬEḲẸUSṢỊMONỊMEAḌẸṢṢEẠLỊQUỊS-
ṆUNṬỊATE

V. 1291 Ritschelianum SEDILLI errori debetur; legi enim p. 397, 13: SEDMEKỌC̣ỤO——. (? ?) Ceterum Palatinorum memoria sic videtur discribenda:

Sed hóc me uotát uim
Fácere nunc, quód fero:
Sí qua in hoc spés sitast míhi.

Parum successit Ritschelio v. 1295 lectio. Ibi ego ita:

CUREGOAḌFLICTẸR#QUỊḌTUMALUMINOSIGITURMIKIEBRI
USINRUCTAS

Anapaesti esse videntur: *cur égo adflicter? # quid tú, malum, in os igitúr mi ebrius inrúctas?*.

Paginae 398 exemplum Ritschelius dedit in adnotatione critica. Quocum confer sis nostrum hoc:

PSEU

MOLLITERSIṢṬENEMECẠUENECADAMNOṆUIDESMEUṬMA
DIDEMADEAM
QUẠẸISTẠẸCAUDACỊẠSṬTESICINTẸRDIUS
CUMÇỌRỌLLẠẸBRIUMỊNGREḌẸRE#LUBET
QUỊDL————————NOṢṚUÇTAREMIKỊ
SUAUIṢRUÇṬUSMIKIESTSIÇṢINEEIMOḌỌ
ÇREDOEQUIDEMṖỌTISEṢṢETESCELUS
ṂASSICIMONTISUBERRUMỌSQUẠTTUOṚ
FRUÇTUSẸḄIBẸREINKỌRAUNA#KIBERNẠẠDDITO
SEDDICATAMENKAỤṂẠLEMONES
UNDEKOṆESṬAMCẸLOCEMAGẸRETEPRAEDICEM
CUMTUOFILIOPERṖOTAUỊMODO
SED———OUTṖROBẸ
CUMTUOFỊLIOLỊḄERA(A)OCÇUPAT
ṬACTUṢESTBALL——
QUAETIBIDIXỊUṬEFFE————EDD————
PESSUMUSKOMO
MULỊERKAECFACI——
OMNIASCIOUTQUICQ·EGISTIORDINESCIO

LXXUIIII

Novae lectiones sunt — ut taceam de locis minus memorabilibus, ubi Ritschelius nihil dispexit — v. 1 SISTENE; 6 EIMODO; 7 POTISESSE; 9 non UNAKORA; 10 DICA, non # ante KAU, KAU ut B; 11 KONESTAM A quoque; 14 OCCUPAT, ut videtur certe; 19 QUICQ·. V. 5 cum lacuna IBETPERGINI litteris expleatur, in A verba aliter collocari videntur: certe nullo modo dubitabilis est exitus RUCTAREMIKI. V. 11 soli servati DICE litterarum pedes perpallidi sunt neque tamen dubitationi obnoxii. V. 13 SIM lacunae explendae sufficit. V. 16 post E locum habet CTAR. V. 18 post KAECFACI praeter T nihil videtur secutum esse.

V. 1322, ubi Ritschelius falso TERGUM, palimpsestus cum Palatinis consentit, nisi quod recte UMERỤM pro *humerum*. Idem v. 1317 QUAESSO.

V. 1317 KINC ut Acidalius, v. 1333 NECEGOỊSTOS, v. 1334 ṢI ut Itali.

CAPUT III.

Stichi lectiones Ambrosianae.

Stichi I, 1, 7 (7) *adsiesdum* Ritschelius duce Ambrosiano, in quo dicit fortasse etiam ADSIDEDUM legi posse. Atque ita cum re vera exhibeat eodemque Palatinorum *adsidum* redeat minimeque repugnet sententia, reponendum est illud *adsidedum*.

Ibidem v. 8 SALUINE probabilius in A legitur quam SALUENE. *Loqui de re uiri.* # *Saluine ?*: sc. *viri.*

V. 44 recte Ritschelius SIT legit, falso Geppertus p. 54 SIC. Item v. 59 et 73 lectiones Ritschelianae KIS et TE, non Geppertianae KIC et TI cum ipso codice congruunt. Ceterum v. 47 post PLACET personae spatium palimpsestus interserit, omittit autem v. 95 ante MOREM.

V. 89: *Ís est ecastor: férre aduorsum hominem óccupemus ósculum. Homini* scripserunt Dousa et Scaliger, comprobat Ambrosianus.

Sat difficilem lectu paginae 279 versum 19 (= I, 2, 67) quamquam non prorsus erui, plura tamen mihi quam

Ritschelio apparuerunt. Ego enim non QUIPOTESTNIIMULIERUITARE ··· UITETUTCOTIDIE, sed potius QUIPOTIESN ·· MULIERUITAREUITE ···· UTCOTIDIE notavi. Atque quod *poties* exhibet palimpsestus, eam levem corruptelam esse puto pro *potis*, quam formam iam Scaliger restituit. Post N videbantur velut OS vel EC, ante UT praeter T 3—4 minores litterae locum habere. Hinc unum paene pro certo concluseris, iam in A et BCD librorum communi fonte versum corruptum exstitisse. Si autem in A olim fuit QUIPOTIESNOSMULIERUITAREUITETIISUTCOTIDIE — quod sane sat esset mirabile —, corruptelae originem ita quispiam explicaverit, ut *mulier*[*es*] tamquam interpretamentum *nos* voculae adscriptum, postea vero in ipsum versum intrusum aliud quid, velut *penitus*, expulsisse censeat. Unde eveniret haec versus scriptura, ut neminem fugit, perquam dubitabilis: *quí potis nos penitús uitare, is uítet: ut cotídie* ... Ceterum utriusque recensionis archetypus in versu qui sequitur quoque corruptela videtur inquinatus fuisse: legi enim in A POSTTRIDIE, quod item vetus exhibet.

V. 152 Ritschelius scripsit *sí quae forte ex Ásia nauis héri eo aut hodie uénerit*, secutus ut putat Ambrosianum. At is non EOAUT, sed KAUT exhibet, quae est falso aspirata *aut* particula, ut nihil medelae ex palimpsesto peti possit. Ceterum v. 150 KICARCESSITO idem.

V. 190 Ambrosianus dicitur eandem cum Palatinis corruptelam *cenam foris* traxisse, cum recte CENEMFORIS exhibeat. V. 193 MEUTMORES vel MEUTMORIS in eo est.

De v. 203 et Ritschelius et Geppertus p. 39 bis falsa proferunt. Neque enim COGAIΛ vel COGANT, neque PARAR ·· II vel PARASSIT, sed COGNAT et PARARAIT scriptum est. Num alterius vocis tertia A littera item ut prioris N puncto deleta sit, nunc discerni nequit ob eius loci defectum membranae et superinductam novam scripturam. Ceterum Gepperti *parassit*, quod ut in textum recipiamus ille suadet, vel certo talium in *-ssit* formarum usu reicitur.

V. 214 planissime CONTENUUM: cf. 'cont*e*nere', 'coniecĕre', 'conf*e*cĕre', sescenta id genus alia.

V. 228 scribe 'strigil*i*m' cum Ambrosiano.

V. 255 Palatinorum memoriam *immo ut abste mutuum nobis dares* versus ostendit laborare corruptela, quam *hercle* inserto Pylades, addito *tu* Ritschelius sanandam putarunt. Succurrit egregie Ambrosianus, in quo Ritschelius IMMO .. UT(vel IMMO ... UT)ABTEMUTUUMNOBISDARES legit. At accuratius contemplatus paginae 73 versum 6 mox intellexi ABTE legi non posse, sed pro E potius S scriptam esse. Qua littera duce UOBIS ante MUTUUM apparuit. Atque UOBIS voci sine ullo dubio praecedit A eique UT litterae, quarum tamen prior prorsus obtecta, altera autem potest sane (quamquam minus probabiliter) E vel I esse. Unde evadit scriptura ob congruentia inter se *uobis* et *nobis* commendabilis haec:

Immó ut a uobis mútuom nobís dares.

Versus 271 lectionem neque Ritschelius neque Geppertus p. 51 eruerunt. Uterque enim eius principium cum Palatinis consentire et in medio versu ATQUEPICTURA (PICTUKA Geppertianum typothetae error esse videtur) scriptum putavit. Quod contra sic ego legi: STATUTFACETEATQ·UTPICTURAASTITIT, ubi *stat* aperte e *sat* corruptum. Itaque Ambrosani recensio ad

... hóc uide,
Sat út faceted átque ut pictura ástitit.

referenda sit.

V. 288 admodum turbatus est cum in Palatinis tum in palimpsesto. In hoc autem, ubi Ritschelio LUBENTE ·· apparuit, ego LUBENTEM dispexi. Itaque *quidnam Pinacium lasciuibundum tam lubentem currere* A, *quidnam dicam pinacium lasciuibundum tam lubenter currere* Palatini, unde cum Scaligero Ritschelioque *quídnam dicam Pínacium tam líxabundum cúrrere?* restituens *tam lubentem* vel *tam lubenter* glossema[28]) ita explico, ut adscriptum id esse censeam, quando *tam* ante *lixabundum* nondum interciderat.

V. 291 Ritschelius DONA ·· QUE, ego DONAATQ· aut — quod fortasse pusillulo veri similius — DONAMQ·, qua

28) Cf v. 285: *curre, ut lubet.*

in scriptura nescio quid lateat nisi corruptela. In versu qui sequitur non discrepat Ambrosianus a Palatinis, qui *ergo nam*.

V. 296 *ab deis* muta in *a deeis*: sic enim palimpsestus.

V. 302 EDISSERTEM A habuisse probabile quidem est, sed incertum, cum p. 274 v. 1 post QUIN dividatur reliquaque versus pars ita exhibeatur v. 2, ut ante DISSERTEM vel DISSERTIM et lacuna hiet et nova scriptura veterem obtegat.

V. 305 bene palimpsestus non TKALTKYBII, sed TKALTKUBI exhibet.

De BREUEST v. 307 non magis dubitari potest quam de POTES v. 325.

V. 322 SIINTE non apparuit Ritschelio: atque exstat tantum modo SITE (vel SITI).

Titulus scaenae secundae actus secundi est PANEGYRIS PARASITUS.

V. 327 falso omittitur, v. 330 (post NOS) recte interponitur personae spatium.

Non commemoro pluribus locos, ubi Ritschelium fugit palimpsesti scriptura PINACIUM, velut v. 330 et 334.

Personae spatium omittitur v. 332 post PINACIUM, ponitur v. 334 post PROPUDIOSE, omittitur v. 335 ante ROGAS.

Mea versus 340 lectio haec est: ATEGOPERIICUIMEDULLASLASSITUDOPERBIBIT. Quam si cum Ritscheliana contuleris, videbis inter *ego* et *cui* nihil interesse praeter *perii*, *cui* scriptum non *quoi*, *lassitudo* non sequi *cui* voculam, *medullas* exhiberi, nihil interpositum inter *lassitudo* et *perbibit*. Similiter versu qui sequitur Ritschelium non minus quam Geppertum latuit collocari MISEROCUI, scriptum esse MEDULLAS, probabilius PERCIPIT quam PERCEPIT legi. Ceterum v. 339 NIMIAPARTEMULTOTANTA.

V. 338 POPERE et v. 345 PRAETERKAEC errores sunt librarii.

V. 348 sqq. quaeritur utrum *aranearum* an *araneorum* probetur. Atque Nonius masculine vel neutre exhibet *araneorum* et *eorum*, illud Palatini quoque, qui tamen *earum* et v. 350 *illas*. Palimpsestus Nonii auctoritati accedit: v. 348 ARANEORUM habet, v. 349 EORUM veri similius

legitur quam EARUM, v. 350 ILLOS scriptum esse iam Geppertus p. 42[29]) narravit, v. 355 et ARANEOS et ARANEAS legi posse adnotavi, v. autem 349, ubi in Palatinorum *misera fulgebunt* videbatur latere *miserae algebunt*, exhibet MISEREALGEBUNT. Ceterum glossaria quoque docent fluctuasse Romanos inter *aranea* et *araneus* et *araneum*. Philoxenus enim p. 17, 55 *aranea et araneum* : ἀράχνη; idem p. 17, 57 *araneus* : ἀράχνη; Placidi p. 27, 13 librorum pars: *cicindela*: *araneorum genus, quod volans lucet.*

Cum A scribe v. 349 *omneis telas*, v. 356 *negotiossam*, v. 363 *caussa*, v. 364 *semul* (Palimpsestus enim SEMEL vel SIMEL). DEICIAMQ· in excitatorum versuum primo etiam Nonius servavit.

V. 351 CAPELLAS, COPIAM (A supra O) et extrema versus vox non ECFERO, sed EGOFECERO, quod recipiendum, v. 352 NASSITERNAM cum Festo. V. 365 EMARI.

V. 371 Ritschelius duce glossario Plautino pro *interim* emendavit *interibi.* Confirmat palimpsestus, idem exhibens.

V. 372 et 373 neque Ritschelius neque Geppertus p. 52 et 47 verum viderunt. Scribendum est cum Ambrosiano illo loco ESLOCUTUS, hoc sic: *uénit, inquam.* # *tútin ipsus ípsum uidistí?* # *lubens.*

V. 376 Ambrosiani scriptura est ESTQUIUENTREMUESTIA͞, quo redire iam intellegis veteris codicis *ēqui* ... Nihilo autem setius corruptela latet, sicut hiatus docet. Convenienter versus proximi verbis *accubabo regie* scribo: *lánam purpurámque multum.* # *crít qui uentrem uéstiam.*

De v. 378 vide supra p. 162 exposita.

V. 387 in solo codice deleticio servatum cum talem legisset Ritschelius:

... SESTTANDEMALIQUANDOINPORTUNAMEXIGERE-
EXU ······ MAM

cancellos addidit suppletis vocabulis *spes* et *utero famem*, pro *aliquando*, cuius litteras extremas tres incertas esse adnotat, *aliqua me* poetam dedisse suspicatus est. Mihi haec illic apparuerunt:

---

29) Egregie tamen fallitur ALIQUI cum spatio ante A legens, ubi recte iam Ritschelius ITIDEM.

SPESESTTANDEMALIQUANDOINPORTUNAMEXIGEREEXU TEROFAMEM

Recte igitur Maius *aliquando* legit ac cancelli removendi sunt.

V. 388 EI (et ita scribendum) et 389 REUORRAM sicut Palatini, 391 GAUDEANT sicut Pius.

V. 394 doleo quod enucleare nequivi, quid tandem in codice scriptum esset. Post SIMITU autemse qui M litteram iam Geppertus p. 43 vidit: eundem tamen *aiebat* legentem pro certo contendi potest errare. Enotavi hanc versus formam:

I I
T ? E (I)
IMMOUENISSEEUMSIMITUMEEIBATILLEEGOKUCCITUS

Luderet qui haec e SIMITURAIIEBATILLE: *ímmo uenisse eúm simitur aiiebat ille: ego húc citus* corrupta esse putaret.

V. 396 vulgare dicendi genus, ex quo apud posterioris aetatis scriptores *iubere* verbum dativum adsciscit, duce Ambrosianae recensionis auctore hoc loco sicut aliis ad ipsum Plautum refertur: habes enim in palimpsesto *i íntro* [non sicut Ritschelius legit *i i intro*], *Pinaciúm: iube famulis rém diuinam mihi ápparent* scriptum.

V. 400 Palatini *íbo intro ad librós et discam dé dictis melióribus.* Ibi Ritschelius ad *logis* quod coniecit comprobandum nihil adminiculi derivare potest e palimpsesto, in quo item DICTIS scriptum sit.

V. 420, ubi BCD *quam múltas tecum míserias mulcáuerim,* in A extremam vocem Ritschelius legere non potuit. Est autem ibi quoque MULCAUERIM. Ceterum non debebat omittere hunc locum Deuerlingius ad Placidum p. 66, 22: *mulcantem aerumnas: misere uiuentem; aerumna est miseria.* Quae glossa quamquam ad Stichi versum defendendum aptissima est, tamen nemodum mirum hunc *mulcandi* verbi usum explicavit.

V. 422 ELEUTKERIACAPERE palimpsestus, eodemque Palatini redeunt. — De scribendis versibus 427—429 perdifficilibus et in solo A servatis nondum mihi constat. Omnium autem exitus erui: v. 427 EXPEDI (Ritschelius: ·APIDI—, Geppertus p. 52: LAPIDEO); v. 428 CENSEO (Ritschelius:

CINLIC — — —); v. 429 NIKILMOROR (Ritschelius: NIN · LMORON — —, unde verum ille iam divinando assecutus est). De non minus difficili loco v. 441 sqq., ubi plura legi quam Ritschelius Geppertusque, denuo inspecto codice agam.

V. 425 PROPEINO et 448 QUOM.

V. 449 neutra lectionum Ritschelianarum recta, sed potius haec: INUIDIAMINUENI$\overset{?}{A}$M, quamquam paenultima littera adeo incerta, ut ob spatii angustias vix videatur posse locum habuisse. Multo melius quadraret E vel I.

V. 465 restitue *te nunc*, cum A quoque sic collocet.

In palimpsesti pagina 284 solito frequentius in emendandis librarii erroribus versata est manus correctoris cuiusdam, quem diversum statuo esse ab eo, qui alibi eadem opera fungitur. Litterae enim exiles parumque accurate pictae et scripturae novae ex parte ita comparatae, ut eum qui addidit hominem sat indoctum arguant. Neque enim ille intellexit v. 471 *cenem illi aput te?* aut *lubente me hercle facies* v. 474, et invecta in v. 478 *quaeritato* pro *quaerito* forma versum plane pessum dedit. Quae autem ex his additamentis Ritschelium et Geppertum fugerunt, haec sunt: v. 471 CENEMILL$\overset{C}{I}$APUDTE; v. 472 in fine post GRATIA adiecit litteras male scriptas ST; v. 473 PROMITE (T above T); v. 474 LIBE NTEKERCLEME[30] (R above E)); v. 477 KABE$\overset{A}{O}$INMUNDOIMODO, ubi littera supra scripta quamquam discrepat a forma in proximo adhibita non fuisse tamen videtur alia atque A: num forte volebat KABEAM ?

V. 484 APERTIOREMAGISUIAITAPLANELOQUAR vel –PLANILOQUAR scriptum est, ut fallantur Maius et Geppertus p. 48 AGE legentes, egregie autem erret hic, post AGE ullam litterum sequi negans.

V. 488 ACCUMBERE et 489 SUBSELLI ut reliqui, 490 A$\overset{(T)}{E}$EI, 493 ACCEPI (cf. p. 175 huius commentationis).

30) Lacunula post LIBE membranae vitio debetur. — Ceterum v. 476 GRAUARI planum est.

(E)
I I
V. 501 ego sic legi ab initio: QUAENPATESTDECIES, ubi quid tandem lateat nescio.

V. 509 Ambrosiano duce scribe: *múnc, quoniam mihi amícum experior ésse, credetúr tibi.* Recte Geppertus quoque p. 43 *quoniam*, minus recte ut videtur idem *teamihicum*: quamquam in QỤONIAMMIKIAMICUM, quae est mea lectio, concedendum perobscurum esse MIKI.

V. 517 Ritschelius SIIISATINEGO, ego SEDṪSATINẸGO; in versu qui sequitur palimpsestus Bothii *ut* confirmat.

Versus 520 hanc formam erui: UTCUIQ·KOMỊNỊREṢPARATASTPERINDEAMỊCISUTITUR. Itaque verum vidit Ritschelius, Charisio duce apices palimpsesti sic ut ex eodem ego dedi interpretatus, plane contra fallitur Geppertus p. 48, PROINDEAMICISUNTUSUI legens. Qui errat quod ait nunc sane extremas tres litteras non iam apparere, eas tamen a. 1847 legi potuisse. Omnia nempe ea, quae Geppertus obiter ut videtur illo anno palimpsestum percurrens enotaverat, postea autem Mediolanum redux non iam reppererat, dum absit temporum iniuria intercidisse opinatur. At mihi persuasum est codicis condicionem his post Maium Ritschelium Geppertum annis non adeo mutatam esse, duo scilicet si exceperis: locos post illos medicina chemica denuo oblitos, et folia versusque tam misere servata, ut quicunque ea inspicit non possit vitare novam membranae particularum iacturam. Ubicunque igitur hodie membrana exstat neque ea laesa est novo liquore, omnino non habebimus rationem Gepperti a. 1847 'supplementorum'.

? ?
V. 521 inter SIRESFIRM et FIR Ritschelii supplementum ASTITEM nimium est, Gepperti p. 49 sq. AEST non sufficit. Mihi quamquam fere AESTET locum habere visum est, tamen aliud quid latere suspicor. In fine *res laxe labat* utrique recensioni commune et bene dictum est: nulla igitur hoc loco glossematis suspicio.

V. 523 Palatini *a domo,* Acidalius *domo*: et ita Ambrosianus.

V. 524 a palimpsesto *est* omnino abesse videtur.

V. 525 *absentem* BCD, AP(vel AB-)SENTE recte A.

V. 526 in Palatinorum recensione offendit coniuncta cum correptione *ă(t)que* significatio insolita vocis *exilis* genitivum adsciscentis, ut sit *liber, inmunis.* Ob id *exilem* Ritschelio suspectum. Nihil novi adfert palimpsestus, qui plane cum BCD consentiat.

V. 530 Gepperti p. 52 QUI falsissimum: ego enotavi QUO(?)D.

V. 531 KODIEẸXONEREMỤṢṆẠUEM scriptum est, ubi coniunctivus (*exoneramus* BCD) vide num ei quod in proximo sequitur ONEREMUS debeatur.

V. 534 ṂODOIṆṬRO A quoque collocat, v. 535 ATTE, v. 536 APUTNOSS(E)ICCILLAM exhibet.

P. 150 his locis palimpsesti scripturae nondum notae cum Palatinis consentiunt: v. 539 additum a Ritschelio *nunc* non exhibet; v. 543 CAELEPS sicut BC; v. 544 PORRO ut B, non *obsecro* ut CD; v. 545 ẸSṬẠP̣OLOGỤS.

V. 547 scribendum cum A: *égo tibi meam fíliam* . . . pro *égo meam tibi fíliam* . .; minus enim hoc quam illud ad usum Plautinum quadrat. Contra male v. 548 palimpsestus *abste* omittit.

V. 548 AEQUOM, v. 551 INQUID.

Ad v. 583, ubi e *Pamphilippe o spes* Palatinorum scriptura Ritschelius effecit *Pamphile, o salus mea* (quam coniecturam nunc ne ipse quidem tueretur), de A haec adnotat: 'SPES in A quoque est, in quo ea uox prima est paginae [167]'. Fugit eum ibi O SPESMEA ita scriptum esse, ut O litteram praeter morem a reliquis distantem addiderit corrector.

V. 585 mihi visus est Ambrosianus REDIISSE exhibere et *salue, salue* Pamphilo tribuere: quamquam sat dubia lectione.

De v. 587 Studemundus apud Muellerum 'Nachträge' p. 144 adn. 1 recte rettulit, nisi quod M(I)EILLE scriptum est (quemadmodum etiam Geppertus p. 45 legit), non MILLE.

Versum 589, qui in BCD totus Epignomi est, ita hunc inter et Gelasimum distribuerunt, ut Camerarius *ambos* . . *uocem*, Gruterus autem *illud quidem ambos* . . *uocem* alterum

dicentem facerent. Verum vidit Gruterus, cum haec sit eius in A species:

ADUORSUMTEFABULARE⌗ILLUDQUIDEMAMBOS-
(EM)
UTUOCE

Duorum qui secuntur versuum in solo palimpsesto servatorum lectionem non mediocriter promovere potui. Enotavi autem haec:

circ. 8 l. ? I
ETEQUIDEM ——— KUICNEUOSINUITASSEMDOMU

O
c. 3 l. Q c. 5 l.
ADMESED —INS·· C — —NIKILESTATQ·KOCSCITISUOS

ubi ADME etiam Geppertus p. 45; recte Ritschelius SCIT·· U·S, falso idem et Geppertus l. s. s. SCITIUST vel SCITIUS: ceterum neuter INUITASSEMDOMUM vel SED. De supplementis cogitavi multis: evidens nondum repperi.

Exhibet sane A quoque QUINTUSTANS, sed TU corrector punctis longiusculis delevit.

V. 597 *tibi* a palimpsesto abest: neque tamen, quode cogitaverit quispiam, praefigitur (sicut in D factum est) versui qui sequitur. Is enim talis p. 168, 1:

FORISCENAREUTRUMTUCENSESIUBENTUDOMI-
CENAMCOQUI

Ibi vides initialem esse paullo maiusculam, ut in principio paginae; deesse ⌗ post *cenare* itemque post *censes*; addi TU, quod omittunt Palatini.

V. 608 ita in A scriptus est:

(R)
NONITNONITQUIATANTOPERESUADESNENEBITAT-
IUBE

Non recte igitur Ritschelius TANTOOPERE; nihil spatii ante IUBE. NENEBITAT quamquam non prorsus certum, probabilius tamen Geppertiano p. 52 NEREBITAT. Si recte ego legi, *ne* errore duplicavit librarius, ut Camerarii emendatio confirmetur.

V. 612 supra U in PROXUMO scripta est I, cuius forma iod litterae sat similis.

V. 615 talem legi: QUIDAGISGELASIMEORATORES-TUACCIPIASKABEASTIBI; v. 620 IDMISAT (et HI quidem, non KI).

Versui 623, cui restitue formam CONTENUO, praefixum est σημεῖον ·)——)·, quod quid significet me latet.

Acrius intenta oculorum acie perspexi veram tertii v. 624 vocabuli scripturam, quam neque Ritschelius neque Geppertus p. 54 enucleaverunt. Est autem ille locus talis: DIXTSEQUIDEM, ubi DIXTI vides factum ex DIXIS, S littera lineola (quae num altius pertineat obtectio facit ut discerni nequeat) deleta, I (non T) supra posita, I ante S in T mutata.

Plano errore librarius v. 625 DIEMMORTALES dedit pro DIIMMORTALES.

V. 632 et 633 Ritschelius e Palatinis et Ambrosiano composuit, cum singuli versus in singula recensione exstent hi:

A : IAMNEABIERUNTGELASIMEUIDENUNCCONSILIO-CAPTOOPUST

BCD : *iamne abisti gelasime uide quid es capturus consilii*

Palimpsesti scripturam eandem quam nos eruit Studemundus Studiorum I, 1 p. 208, nisi quod CARO legit pro CAPTO. Visum est autem nobis hoc quoque locum habere posse, atque P littera adeo melius quam R ad servatos apices quadrare. Quos etiamsi rectius ille quam ego interpretatus est, tamen non dubito quin ita ut legere mihi visus sum scribendum sit. Non sequor autem Ritschelium utrumque versum recipientem, sed statuo eos unius diversam recensionem esse.

V. 636 exit in UTPERIEREREETPROTKYMIAE, ubi non neglegendum quod expuncta est UT particula, quam in Palatinis omissam coniectando assecutus est Acidalius. Fortasse delevit qui inspexerat codicem Palatinorum recensioni similem: ad sententiam enim patet eam accommodatissimam esse

atque adeo necessariam. Si recte RE legi, librarius syllabam errore duplicavit, ut sescenties. Peccavit idem v. 639 ONERADO scribens.

V. 682 in palimpsesto *hinc* omissum et ADUENIENTEIS scriptum est. — Scaenae quae sequitur titulum erui hunc: SANGARINUS STICKUS TIBICEN.

Laceratissimi v. 691 has enotavi reliquias:

OLE—IN——LL——LLOCOM————

Ibi si recte legi litteras sextam et septimam, de *trullco* quispiam cogitaverit.

V. 692, ubi Palatini iusto longiorem exhibent versum *sat est seruo homini modeste melius facere sumptum quam ampliter*, nihil medicinae affert Ambrosianus, ubi haec videre mihi visus sum:

SATISSERUOKOMINI————————U
QUAMAMPLITER

Quid si hoc SATIS (unde latius pullulante corruptela factum sit Palatinorum *sat est*) natum ex STIC. nota? *Sat est* deleto versum bene fluere etiam Lomanus vidit. *Meliust* pro *melius* scribendum non est quod moneam.

V. 693 SCAPKIOET ‖ CANTKARIS, v. 694 BATIOCKIS ut Palatini.

Raro accidit ut verborum qualis in CD est ordo comprobetur, qualis in vetere codice refutetur palimpsesto. Cuius rationis exemplum habes v. 701, ubi *tecum hoc* B, *hoc tecum* ACD.

Non mediocris laboris fuit paginae 156, 13 et 14 = v. 699 lectionem eruere, quae neque Ritschelio neque Gepperto feliciter cessit. Est autem haec:

CYNICEKICACCIPIMURQUAMINLECTICIS ‡ IMMOENIMNI
MIUMKICDULCIUS

Confirmatur igitur (quamquam alio loco) Ritschelii *hic* supplentis emendatio; rectum — licet non sufficiens — Ritschelii ENIMN, falsum Gepperti p. 44 ENIMNE; sat pravum eiusdem MAUIS ‡ DULCIUST; LECTICIS vides A quoque exhibere.

CAPUT IV.

Codicum Veteris (B) et Ursiniani (D) in Truculento novae scripturae[31]).

Fabulae versus:	Studemundus:	Codices:
fabulae titulo	TRINVMMVS PLAVTI TRINVMMVS EXPLICIT INCIPIT TRVCVLENTVS ARGVMENTVM	TRINVMNVS *B* PLAUTI TRINVMMVS EXPLICIT INCIPIT TRVCVLENTVS ARGVM̄TV̄ *D, extremis tribus verbis Dc additis*
argumenti v. 1	Tres	res *D cum spatio initiali*
9	pater	paıcr *ras. ex* paтer

31) Non commemoravi ę in codicibus pro *ae* scriptum, cuius scripturae aliis locis diserte mentionem facit Studemundus, aliis non item. Neque correxi quae corrigi possunt in adnotata D libri discriptione, quam ut nullius utilitatis omnino omittendam censuerim. Denique non amplius haesi (emendans tamen quae nominatim affero) in accuratius discriminandis secunda et tertia Ursiniani manibus, quamquam in ea re satis sane difficili et non nunquam adeo incertissima saepius errat Studemundus. Id quod vel inde plane apparet, quod eam manum, quae titulos scaenis praefixit, in priore fabulae parte Db, in posteriore autem Dc appellat. Hanc nos constanter Dc nominavimus. Usa est autem eadem atramento paullulo lividiore quam prima (= Da), cuius color ad flavum propiuscule accedit. Scripsit ut iam dixi titulos, raro in contextu versata. Db ipsos poetae versus correxit, sed ita, ut saepe a Da (= D), saepiuscule etiam a Dc aegre discerni possit. Unde Db hic illic nihil significat nisi: illa manu correcta similiora esse Da quam Dc. Fortasse Db ipsa est prima manus, quae scriptum codicem relegit et emendavit. De Dd vide ad III, 1, 8. — Nescio — ut hoc addam — quanam de ratione Studemundus personae notas in B exstare testatus sit, de ipsis autem earum litteris graecis tacuerit. Neque vero nullius est haec res momenti. Unde enim, illo modo si adnotatur, disci potest in scaena IV, 3 veterem codicem ancillarum verba aliter distribuere atque Spengelium et tres ibi, non duas ancillas discerni? Sunt autem earum notae Γ Є Θ, quarum prima praefigitur verbis *crae . . dedit* v. 26, secunda usu venit in v. 15. 17. 18. 25. 29. 30 (ante *supposiuit,* atque inusitata quidem forma E, cum soleat alibi ita potius scribi: Є), tertia in v. 16. 22. 23. 27. 28. 30 (ante *sibi*). 36. 41. 48. 62. Ceterum ubi servatae sunt aliarum personarum notae, Diniarchi λ est, Calliclis B, Astaphii Є.

Fab. vers.:	Studemundus:	Codices:
prol. titul.	PROLOCVS	PROLOCVS· *B*
1	Perparuam	P ǁ er paruā (*P a rubricatore add., et* p *ante* er *erasa) B*
19	citius	cicius *B*
I, 1 titulo	ADV	DV (*nempe* A *ante* DV *addidisse manum recentem docet cum atramenti lividiuscule splendentis color, tum insolita* A *litterae forma quae est* A, *non* λ) *D*
3	absq	absq' (absq *est* absqui, *non* absque) *D*
7	iracundiae	iracundie *B*
8	hui	hui *Da*, hũi *ead. manu quae supra* DV *litteris* A *praefixit*
16	rete	r&ę *D*
18	Piscis	Discis *B*
33	aliquod	aliquod *Da ex* aliquot
38	quonia	quoniā *D*
53	ae *ut videtur*	*de* ae *dubitari nequit*
57	amare	amare *Da ex* amore
67	commenta *an* conmenta?	con menta *B*
76	melius	meus *ex* melius, li *man. rec. lineola deleto, D*
77	commertium	cōmertium *D*
2, 10	aụseruare (s *supra*)	adụeruare (s *supra*) *Ba*
18	um sum *Da*, u ǁ sum *cum rasura Db*	um̃ sum *D ante ras.*, u1 sum *post eam, non deleto ni mirum primo* m *litterae apice*
29	[*tacet Stud.*]	*post* disciplinam *personae spatium in D*
40	otioṣus	otiosius *D*
43	malegerentis	malegerentis, m *ex* in *facta, Da*
45	pecuaria *priore* a *e corr. fact. Ba*	pecuaria *priore* a *ex* u *facta Ba*

Fab. vers.:	Studemundus:	Codices:
I, 2, 46	copiae hic	copiae lic[32]) *B*
47	agere	agere *Da*, agere *al. man.*
77	uacatq	uacatq' *D*
78	Ainguis	Linguis[33]) *B*
89	dicitur	dicitur, it *ex* u *facto*, *Da*
91	an^{i}ɴtute	au^{i}ɴ tute, ɴ *ex* t *ut vid.*, *Da*
101	abeæ	abeo, o *ex* . a, *Ba*
104	ne͞r	n͞r *B*
105	recepis tu	recepisti *D*
II, 1, 1	ṼĨ	Ṽl *a rubr.*, *quod et* ṼĨ *et* Ũl *vel* Ũi *esse potest*
7	hihil	nihil *ex* hihil *Da*
10	nos	nos *ex* noe, *ut vid.*, *Da*
11	uorterunt	uẹrter̃ *D*
15	blandeq	blandeq' *D*
20	nec	Nec *B*
27	si numquā	si mumquā *B*
37	Per	Por *B*
42	gerit	gerit, g *ex* r *ut vid.*, *Da*
2, 6	nostrę, ę̄ *ex* ā *ut vid.*, *Da*	nrę̄ *ex* nrā, *ut vid.*, *Da*
13	Proteram	Poterā *Da*, Proterā *Dc ut vid.*
14	pecus	pecus, u *litterae priore parte ex* t, *Da*
17	quia	qui *B*
	quia	qui *D*
19	ʰẹnos	ệnos *D*
24	mihi	mihi *ex* mici, *ut vid.*, *Da*
25	pudeāt	pudeat *D*
32	conpositas	conpositos, os *ex* us, *Ba*

32) Propius hoc quam illud ad verum accedit; ELIC enim ex HIC factum.

33) *L inguis* dubium non est. Additus a rubricatore color effecit, ut ʎ esse videatur. Sed plane diversa A littera in proximi versus principio (ʎ*mantis*).

Fab. vers.:	Studemundus:	Codices:
II, 2, 34	fores	foras *D*
37	itaue	itane, t *e corr.*, *D*
42	herus	heriis *B*
43	pextut	pextut *B*
46	utiius	ut'uis, *ubi* ı = i *esse videtur*, *Da*[34])
47	ūrum	ur̄m *B*
49	minor	minor, i *ita formata, ut appareat librarium* e *vel* o *vel* c *scripturum fuisse*, *Da*
52	quisquam	quisquam, *posteriore* qu *ex* q', *Da*
62	potest	potest, *tertia littera ex* s, *Da*
63	ceteris	ceteris *D*
64	uide *Da*, uidi *Db*	uidi *ex* uidē *Db*
65	eram	eram, a *e corr.*, *fortasse e* c, *D*
3, 1	iscis *Da*, DPiscis *Db*	iscis *Da*, *in margine interiore neque in eadem prorsus 'linea'* PD *Dc*[35]), *initialem* P *praefixit alia manus*
10	etia	etiā *D*
16	quasi	quasi, *prima litt. ex* u *vel* i, *D*
17	perdiuinant	pre diuinant *B*
24	luculenta	luculenta, *prioris* l *pede e corr.*, *altera ex* i, *Da*
4 titulo	PRONESIVM	PRONESTVM *B*
4	qui ue	quid ue *B*
7	D *post* salua *in marg. add. Db*	D *ante* Phronesium *in marg. exter. addidit Dc idemque eandem litteram prius in v. qui antecedit post* hercle *additam delevit*
10	Hiic	Hic *B*
14	animo	animo, a *ex* i *vel* n *vel* m, *Da*

---

34) Studemundi adnotatio significat: *utiis* ex *utuis* puncto addito correctum.

35) Dc dubitasse videtur, utrum *Piscis* an *Discis* supplendum esset.

Fab. vers.:	Studemundus:	Codices:
II, 4, 15	fine	fine *ex* sine *Da*
17	Idemœs	Idemæs *B*
45	peperissemi	peperissemi, *altero* pe *ex* ri, *Da*
51	tonstricem	tonstricem, o *ex* i, *Da*
68	orna	oma *scribere perrexit*, orna *incohavit librarius in B*
74	hic	hic *vel* hio · *B*
83	hunc	hinc *D*
5, (2)	cruciant que	cruciant quæ *B*
(11)	hūc	huc *Ba*, hūc *Camerarii man.*
(17)	me esse ęgrā *D et, ut videtur*, esset *ante ras.*	me esse ęgrā, ˛ *fortasse Dc add.*, essem *ante ras.*
21	sciens	sciens *ex* sriens *Da*
22	plocibē	puer plocibē *Da*
23	uicinam	iucinā *B*
25	adiutare	adiutare *vel* aduitare *B*
6 titulo	[*nihil narrat Stud.*]	*post v. 28 atramento nigro scriptus hic sequitur in B versus:* Stato pimones. Fronetium Astaphium. *(secunda ab initio littera m. 1 ex* a*), quibus tribus nominibus patet olim accurate subscripta fuisse* MILES MERETRIX ANCILLA·, *quae rubricator ita addidit, ut* Astaphium *iusto magis sinistrosum positum sit*
	STRATOPHANES *Dc*	STRATOPHANES *ex* STATOPHANES *Dc*
20	ego *man. Camerarii*	egeo *man. Camerarii*
22	Eugasta	Eugastha *B*
	maccā *Da*, m,æccā *Db*	maccā *Da*, mȩccā *Db*, *ubi* ˛ *nota discriminando inservire videtur*
24	peperit *Da*, Apeperit *Db*	A *nota personae ante* peperit *supra versum Dc*

Fab. vers.:	Studemundus:	Codices:
II, 6, 27	quam	q̄ (= quae) *D*
29	Inter	Inter *Da ex* Intet
31	gratulari	gratulari *Da ex* glatulari
32	reliquid	reliquid, *prima l. Da ex* l
	eabse abisti, *ult. litt.* i *fortasse corr. ex* a	eabse abisti *B*[36])
41	ędes	ędis *D*
	tuas	tuas *ex* tuis *Ba*
43	extincxit	extincxit *Ba ex* extinctit
47	sauium, *cuius prius* u *ex corr. Da*	*pro tertia in* sauium *littera librarius* p *scripturus erat*
54	cedo	*pro* cedo *librarius* tedo *scripturus erat*
56	tene Tibi	tenet ibi *Da ex* tenel ibi
61	Equidē	Ec quidē *B*
65	nunc uis	nuncuis *B*
7 tit.	PHRONESIVM *ex* PHHONESIVM *Ba*	PRHONESIVM *ex* PHHONESIVM *Ba*
	STAPHIV̄	STAPHIV̄ C *Dc*
(4)	qui scienā	quiscieā *D*
7	quicquid	quicquid, d *ex* l *ut vid., Da*
9	oīmib	oīmib; *D*
10	una	una *om. D*
11	nummos	nūmos *Ba ex* nūnos *ut vid.*
13	deriuetur	diriuetur *D*
15	suffuror	susfuror *B*
	suffurror	susfurror *D*
(21)	vi (*sic*) *D*	ui D[37])
21	Attateccam *Dc*	Attatęccā. *Dc*

36) Pro certo negari potest illam litteram correctam esse. Fraudi fuit membrana hoc loco peraspera et trita.

37) Nempe in *D* etiam minuscula *u* littera in principio (atque etiam in mediis vocabulis) frequenter *v* scribitur.

Fab. vers.:	Studemundus:	Codices:
II, 7, 27a	haut	haud *B*
	haut	haud *D*
33	hominum	hominiū *B*
35	Adque	Atqꝫ *D*
38	adiectaculem	adecta culem *B*
48	holerum	Holerū *D*
57	peri	peri *ex* piri *Ba*
58	odies sees	odies sees *vel* odies sęes *B*
62	meam	meam? *D*
64	uicerim	uicerim? *D*
8, 2	miserae	misere *B*
11	neq'	neq', ' *ex corr.*, *Da*
III, 1 tit.	STRATILAX-SERV' ANCILLA' *add. Dc*	STRATI LAX SERV' ANCILLA *add. Dc*
2	Glandem	Glandem *ex* Clandem *Da ut vid.*
3	ad	Ad *B*
8	midat *D*	midat *Da*, mi dat *Dd*[38])
18[39])	'ostium (*sic*) *Da*	*ante* ostium *caput* h *vel* b *litterae, ut librarius* hostium *videatur scripturus fuisse*
2, 1	rurier ilem *Dc*, rurier item *Da*.	ruri erilem *Dd*, rurier item *Da*
8	incipera *D*	incipera *Da*, incipe ra *Dd*
23	utp̄nestinis *D*	Vp̄nestinis *D*
27	nihila anne *ante ras.*, nihil anne *post ras. Da*	nihil ‖‖‖ anne (a *cr.*) *Da*, *ut appareat librarium vocis* anne, *quam spatio non distinctam scripturus erat, a littera deleta personae spatium exhibuisse*
30	mea	mea mea *B*

---

38) Recentior est manus a Dc diversa, quae inde a III, 1, 4 usque ad III, 2, 8 non nulla mutavit.

39) Disertis verbis in commentario critico dicendum erat titulum qui apud Spengelium hunc versum excipit STRABAX. ASTAPHIVM. a libris abesse. Idem cadit in DINIARCHVS ante IV, 2, 45 additum.

Fab. vers.:	Studemundus:	Codices:
IV, 1, 4	nunciam (vit above) *(sic) Da*	nunciam (vit above), ι *e corr. Da: videtur* nunciam *scriptum fuisse*
10	speculabor *litt.* e *ex corr. Da*	speculabor, e *ex* p, *Da*
2, 7 a	quāquam	quēquam, ē *ex* ā *Ba, non manu Camerarii, ut vid.*
12	nouus	nouus *vel* nouiis *D*
14	nouistin tum	nouistintun *B*
	nouistin tum	nouistin tun *D*
15	Hiabet	Hiabet *B, sed ut fortasse* i *Ba deleta et* a *ex* c *facta sit: scripserat igitur librarius* Hic *ante* habet
18	Lamentando *(an syll. in ras.) Db*	Lamentando, *altera* n *in ras., Dc ut vid.*
20	quom	quā *B*
	quom	quā *D*
26	dedi	dedi, *altera* d *ex* i, *Da*
28	uirtute	uirtutē *B*
	uirtute	uirtutē *D*
40	Expperiri	Expperiri, *priore* p *fort. deleta, Da*
49	quadrupus	quadrupiis *B*
58	ancillas	ancillas *ex* ancinas *Da*
59	ancillam	a$\overset{\text{i}}{\text{n}}$cillam *Da, ut videatur prius aliam litteram incohasse*
3 tit.	SENES ANCILLE· II· ADOLESCENS *C add. Dc*	SENEX(X *ex* S) AN CILLE ·II· ADO LES $\overset{\text{E}}{\text{CN}}$ES C *add. Dc*
8	educis *Da ante ras.*, educi *post ras.*	educis *Da ante ras.*, educi *post ras.*
10	iuncis	uincis *D*
13	Etecm	Etecm *vel, quod minus probabile,* Eteem *D*
26	Quite	Quiite *B*

Fab. vers.:	Studemundus:	Codices:
IV, 3, 27	aerẹ	ere *ex* are *Da*
	due	duę *B*
	iste	istę *B*
	catu	Catu *B*
	te rogo	terogo, r *ex corr.*, *Da*
34	materduas	materouas *D*
49	mortuus Suṃ	mortuus ||||||| Sum *D* (sv̄ *in fine versus er.)*
50	torpeo	torpeo *ex* torpor *Da*
57	ṁodœrari	moderari *ex* modarari *Ba*
58	ia	iā *D*
	ꝓbus	ꝑrobus, *caudula* p *litterae praeter modum parva*[40])
	si aquam	siquam *D*
61	obnoxium	obnoxium, *altera* o *e corr.*, *D*
62	Callicles *D*	Callicles *Dc ex* Callicies
63	sattines *D*	satiines *Da*, *sed* n *Db punctis et Dc lineola deleta*
64	autem aū	aū *B*
65	tup̣erū	tupuerū *D*
	[*nihil narrat Studemundus*]	*D codicis folio 305^{v} quae continentur IV, 3, 46* (timeo) *usque ad 71* (ins^{ci}cia), *manu 1. in rasura sunt, erasique fabulae v. IV, 4, 19* (Nunc) *usque ad V, 6* (ecastor). *Quos cum f. 306^{v} exhibeat, apparet librarium errore duas archetypi paginas omisisse erroremque non prius animadvertisse, quam integram paginam scripsisset. Versum folii 305^{v} vigesimum primum, ubi f. 306^{r} Dc titulum adiecit, scriptura carere consentaneum est*

40) *pro* sic scribi solet: ꝓ; videtur librarius coepisse scribere notam, continuasse plenam syllabam.

Fab. vers.:	Studemundus:	Codices:
IV, 3, 76	reposcam, a *ex* o *facta D*	reposcam *Da ex* reposco
78	sed	s Sed *B*
79	pungit *D ante ras.*, pugit *post ras.*	pu..git *D*, n *littera et punctis deleta et erasa*
4, 1	uino	uno *B*
5	quamquam penes	quāquā penes quāquam penes, *priore* quamquam penes *linea deleto Da*
20	Quid	quid *B*
	uire	iure *B*
33	etiam se hodie	etiam sehodie, h *ex* s, *Da*
36	aha	ahá *(sic, cum accentu) B*
V, 9	priusquam, r *e corr. Ba*	priusquam, r *ex* l *Ba*
26	quamme	quame *B*
48	quicquid	quicq[i]đ *B* (qđ *solet* quod *esse)*
51	sunt	sū *B*
58	sumus	sumis *B*
74	faciare	facire *ex* faciae *Ba*

CAPUT V.

Symbolae criticae in Trinummum collatae.

Argumenti v. 1.

Librorum memoria *thensaurum apstrusum abiens peregre Charmides* cum ob hiatum non sit ferenda, aut vocem intercidisse coniecerunt: velut Ritschelius *clam* (idque Fleckeisenus et Brixius in contextum receperunt), Hermannus *suum*, Muellerus *auri*; aut *abiens* mutandum duxerunt: velut Fleckeisenus in *abiturus.* Hanc, non illam, emendandi viam ego secutus duce veteris codicis scriptura *abe ' ensperegre* una litterula addita versum sic conformaverim: *thensaúrum apstrusum abétens peregre Chármides.* Imitatur enim argumentorum scriptor Plauti non solum universum loquendi genus (cuius

rei exempla proferre non opus), sed etiam antiquas voces et formas, velut arg. Capt. 5 *ibus*, Men. 2 *surrupto*, Pseud. 4 *cacula.*

Fabulae v. 23.

Ambrosianus cum Cornificii et Ciceronis testimoniis consentiens primum versum *amícum castigáre ob meritam nóxiam* exhibet, cum Palatini post *meritam* inserant *non mala.* Quod additamentum scribendum est *non malam,* unde evadit scholion Plautinum hoc: *meritam*: *non malam.* Quicunque adiecit, recte intellexit vocabulum *noxiam*, quod est idem fere atque nostrum 'Bescholtenheit', et *mala noxia* eleganter dixit haud aliter atque usu venit locutio *mala fraus.*

V. 32.

V. 28 sqq. in utraque recensione fere tales sunt:

Nam hic nímium morbus móres inuasít bonos:
Ita plérique omnis iám sunt intermórtui.
Sed dum ílli aegrotant, ínterim morés mali
Quasi hérba inrigua súccreuere ubérrume:
Neque quícquam hic uile núnc est nisi morés mali.
Eorúm licet iam métere messem máxumam.

Admodum mihi displicet versus 32 proximos duos, qui comparatione sententiam bene exprimunt, male interrumpens, nec placet exitus *mores mali* post unius versus intervallum sine ratione repetitus. Semel monitus concedes eum molestum glossema esse versuum 30—33, antequam in metrum cogeretur tale: *nihil nunc vile est nisi mores mali.* Nulla enim frequentiora sunt neque ulla certius deteguntur interpretamenta, quam quae spectant ad comparationes, vel ut planius dicam ad sententias per imaginem prolatas. Velut cf. ipsius Trinummi interpolationem v. 1004 sq.:

Numquam édepol temere tínnit tintinnábulum,
[Nisi qui íllud tractat aút mouet, mutúmst tacet.]

V. 100.

Turpilucricupidum vocem Plautinam et *ἅπαξ εἰρημένην* recte adnotat Brixius translatam esse ex adiectivo graeco quod est *αἰσχροκερδής*. Idem autem alii simplicius reddi-

derunt *turpilucris*; cf. Cyrilli quod vocatur glossarium p. 369, 48: *αἰσχροκερδής*: *turpilucris.*

V. 114.

Potest quidem tolerari versus *et rém suam omnem et illúm corrumptum fílium*, sed quid impedit quominus levi transpositione multo suaviorem reddamus hoc modo: *et rém suam omnem et córrumptum illum fílium*?

V. 162.

Pro *occepisti* in B habes *occipisti*, haud aliter atque in eodem libro v. 902 *accipisti*, v. 194 RECIPIT in A, Casinae III, 5, 54 in B *adīmit.* Nempe in praesenti tempore *ĕ* in *ĭ* mutatam exhibet linguae latinae forma tralaticia, vetusta autem et vulgaris conservant *ĕ* vocalem: cf. formas *accĕpit*, *iniĕcit*, sim. Contra iu perfecto *ē* tenaciter utitur illa, vulgaris autem (num etiam antiqua?) hic quoque *i* substituit.

V. 230 et 962.

Non raro in codicibus *siet* forma exstat, ubi monosyllabam potius quae est *sit* locum habere metrum docet. Velut v. 230 *amórin me an réi opsequí potius pár sit* Palatini (non Ambrosianus) *siet* exhibent: idemque eidem v. 962 *quoí si capitis rés siet, nummum númquam credam plúmbeum*, ubi palimpsestus non servatus est, *sit* autem Guyetus et Reizius dudum emendaverunt. Similiter comparatus est Casinae v. II, 8, 78: *sietque eí paratum, quoí paratum nón erat.* Cum his tum aliis eiusdem generis locis disyllaba deberi mihi videntur antiquae orthographiae *seit*, quam ubicunque traditum in libris *siet* pro *sit* versum turbat restituendam esse duco. Ceterum aliter obscuratum est illud scribendi genus v. 521, ubi *sciris* Palatinorum (*siris* A) hau dubie natum e *seiris.*

V. 432.

Hiatum qui est in versu *tempúst adeundi.* ⌗ *éstne hic Philto qui áduenit?* non nego excusari posse personae mutatione, sed fortasse hic quoque sicut sescentis locis invectus est verborum corruptela. Quod qui statuit, aut cum Camerario necesse est copulam transponat: *tempús adeundi est.* ⌗

éstne, aut — de quo ego cogitaverim — rarum vocabulum glossemate expulsum sic restituat: *tempúst adbitendi.* # *éstne hic Philto qui áduenit?.*

V. 538.

Contra certum loquendi usum pugnat Ambrosianae recensionis versus *magis ápage dicas, si ómnia a me audíueris,* cum *audire* eiusque synonyma apud Plautum *ex*, non *a* praepositionem adsciscant. Qua de ratione Kampmannus *a* in *ex* mutavit: idque sat audacule a litterarum similitudine. Videtur hoc Spengelius sensisse, qui levissima mutatione *ante* fecit ex *ame.* At utrique emendandi modo praeferendum puto eum, unde nihil omnino additamenti ad *audiueris* accedat. Nam facile verbis *ex me*, multo autem facilius etiam *ante* caremus. Itaque a Palatinis profectus qui *a* omittunt[41]) et *e* litteram in *d* mutans scribo *magis ápage dicas, si ómnia indaudíueris.*

V. 692.

Ultimae versus 692 vocis duplicem ex ipsa antiquitate traditam habemus scripturam: *famigeratio* et *famiferatio.* Illam formam Palatini, qui v. 692—694 post v. 704 iterant, posteriore loco et Nonius, hanc soli BCD priore testantur. *Famiferatio* autem in editione recepit Camerarius[42]) idemque probaverunt Dousa et Bergkius, quod contra Brixius in secunda quoque *famigeratio* praetulit. Quod cum ita sit non dubitari posse moneo, quin exquisitius illud *famiferatio* ab ipso Plauto sit profectum. *Fami-ferare* enim, unde formatum est *famiferatio*, eandem sequitur quam *voci-ferare* et *rumi-ferare* (cf. Amphitruonis apud Nonium p. 177 ed. Quich. versum II, 2, 46: *quámque adeo ciués Thebani uéro rumiferánt probam*) analogiam.

V. 790.

Hiatum qui est in versu *paterni signum nosse?* # *etiam tu taces?* dudum removit Camerarius in contractae locum

41) In B habes *omni a me audiueris* eodemque redit C et D librorum *omnia mea audiueris.*

42) Cf. Ritschelium² praefationis p. LXIV.

plenam substituens formam *nouisse*. Eandem adicio in Ursiniani ante correctionem scriptura laterc. Namque *nonēē* ex more librariorum breviatum pro *nonesse*, quod *nouisse* esse patet.

V. 792.

Palatinorum versum *illum quem hábuit perdidit álium post fecít nouom* singulari numerorum asperitate laborantem sublato glossemate quod est *alium post* ego quoque cum Reizio Ritschelioque sublevo, sed hiatum post *quem* etiam alio atque Ritschelio videtur modo removeri posse statuo. Aut enim in ipso principio duae litterae interciderunt, unde evaserit haec scriptura: *anéllum quem habuit pérdidit, fecít nouom*, aut — si displiceat perfectum *habuit* — duarum quae secuntur formarum exitus eam quae praecedit corruperunt, ut *illúm quem habuerat pérdidit, fecít nouom* scribendum sit.

V. 802.

Graviter corruptum puto versum *quid nunc stas? quin tu hinc amoues et te moues?*, neque *te* vocula post *hinc* inserta (sic cum Hermanno scribi solet) emendationem ullo modo ad finem perductam esse. Namque ut mittam perimpeditum et molestum dicendi genus *quin ... te amoues et te moues?*, nonne illud offendit quod paullo ante ipsum *amovere* verbum usu venerat? Nec displicebit, opinor, si quis medelam excogitaverit, unde redundabit quo *aperi, deprome inde* (v. 803) referri possit. Gravem corruptelam gravi mutatione sic corrigo: *quin tu hinc ád thensaurum té moues?*.

V. 820.

Brantii emendationem *salipotenti* a Ritschelio nuper denuo vindicatam cum librorum scriptura *ſalſipotenti* ita fortasse quispiam conciliaverit, ut antiquam formam *salupotenti* restituat. Non diversa est veteris codicis in v. 1173 corruptela *miseriſmst* pro *miserumst*, nec opus commemorare *aurufex* et similia.

V. 835.

In sat poetica periculorum quae subterfugerit Charmides descriptione libri exhibent versum qui non versus est hunc:

ita iam quasi canes, haud secus circumstabant nauem turbines uenti; nam anapaesticum non magis esse quam v. 820—834 et 836—839 (contra inde a v. 840 anapaesti agnoscendi esse videntur) Ritschelius identidem docuit. Parum autem placet eiusdem trochaeos restituentis mutatio *circumstant*, cum aptissimum sit traditum tempus imperfectum. Videtur potius glossema invectum numeros pessumdedisse; scribo: *íta iam quasi canés, haud secus amstábant nauem túrbines uenti.* Adscripserat scholiasta voci glossematicae formam usitatam, quemadmodum factum esse loco nescio cuius scriptoris nunc deperdito docet Placidi p. 8, 17 glossa *arsedentes*: *circumsedentes.* Nam quamquam ita ut dedimus exhibet neque quidquam de codicum discrepantia in commentario critico adnotat Deuerlingius, tamen sine ullo dubio restituenda est O. Muelleri ad Festum p. 21 emendatio *amsedentes* : *circumsedentes*, pro qua faciunt cum utriusque recensionis scripturae (singillatim traditae glossae *arusedentes*, 'liber glossarum' etiam corruptius *arudesedentes* exhibent), tum maxime simplicissima ratio a lingua repetita. Etenim *arsedentes* non poterat non explicari *adsidentes*, sicut, quem locum in adnotatione ipse Deuerlingius conferri iubet, p. 11, 9 *arueniet*: *adueniet.*

V. 856.

Vindicatae a Ritschelio Opusculorum II p. 425 formae quam vetus codex servavit 'nogas' novum exemplum latet in glossa Leidensi a nobis Prodromi p. 117, 26 prolata *gerro*: *nocatoriū*, quam *gerro*: *nogator* scribendam esse facile videris ipse.

V. 860.

Ter in una Trinummo B codex mirum exhibet errorem, *sycoplanta* et *-ari* scribens pro *sycophanta* et *-ari*: nimirum v. 860 (*sycoplantam*); 892 (*sycoplanta*); 787 (*sicoplantari*). Non huc facit ullo modo quod *planus* dicebatur pro *sycophanta*: neque probabile meram *h* litterae corruptelam esse agnoscendam. Crediderim librarium scribendi genus antiquum *sycopanta* et *sycopantari* traditum repperisse et aliquo modo ad ipsi notas earundemque paene litterarum voces *planta* et

plantari accommodasse. Similiter, ut alia mittam, non raro in Truculento *Pronesium* nomen vetustam *ὀρϑογραφίαν* servavit. Ceterum formae re vera Plautinae sunt *sucopanta* et *sucopantari*.

V. 1022.

Dudum male me habebat ut ab arte Plautina abhorrens hoc versus 1022 principium: *cóllicrepidae crúricrepidae*; neque enim poeta tam egenus vocabulorum formator, ut *crepidae* bis posuisse censendus sit. Non contigerat tamen ut in emendationem inciderem omni ex parte probabilem. Iam eadem qua ego ratione ductus Spengelius bene perspexit *strepidae* restituendum esse, vocem cum alibi (Amphitruonis v. 1061: *strepitus crepitus*) cum *crepitus* coniunctam, tum ob litterarum similitudinem commendabilem. Unde ille scripsit in prima certe compositi parte convenienter librorum memoriae: *oculistrepidae cruricrepidae*. Contra ego persuasum habeo in *strepidae* exiisse alterum potius compositum, cuius in codicibus haec forma: *cruriicrepide*. Ubi non neglegenda est supervacanea ut videtur *i* littera. Quicunque enim libros manu scriptos bene nóvit, concedat necesse est nullam paene mutationem esse, si quis 'curufτrepidae' eliciat e 'cruriicrepidae'[43]). Quod autem ad prius illud *oculicrepide* attinet, Schoellius[44]) quamquam recte ostendit non ferri posse Spengelianum ad oculos crebris plagis sonantes spectans, tamen non mihi probavit *oculilippi* suum. Lippitudo enim morbus alienus videtur esse ab hoc loco, ubi de rapacitate ac nequitia illorum 'frugi hominum' agitur. Iam si re vera ibi respicitur ad plagipatidas, simplicissime deleta prima *o* litterula scripseris: *culicrepidae*, *curistrepidae*, unde evadere vides prorsus consonantes voces compositas; si potius ad vinctorum furunculorum collare ac catenas, quo etiam *ferriteri* referunt, non habeo quod Beckeri emendationi *collicrepidae* praestet.

V. 1036.

Stasimus de aetatis corruptione praeter alia haec secum conqueritur: *strenuos praeterire more fit*, quae verba non sana

43) Cf. cod. Vaticani 1469¹ f. 59ʳb glossam *screpitus* : *sonus ut longa ętas*, ex *strepitus* : *sonus* et *decrepitus* : *longaeuus* contaminatam.

44) Cf. supra p. 46.

esse versus docet. Inseruerunt *nunc* (Scaliger et Guyetus) vel *iam* (Hermannus), mutarunt aut *strenuos* (in *strenuiores* Reizius), aut *praeterire* (in *praetervidere* Spengelius), quarum coniecturarum ultima linguae usu refutatur, priores autem non sunt evidentes. Accedit quod, qui *nunc* vel *iam* addit, plane delet συμμετρίαν inter *pétere honorem pró flagitio móre fit* ⋕ *morem ínprobum* et *strenuos praeterire more fit* ⋕ *nequam quidem* intercedentem. Iterandae sunt post *strenuos* extremae duae litterae in hunc modum: *strénuosos praéterire móre fit.* ⋕ *nequám quidem. Strenuosus* dicebant et *strenuus*, sicut *obnoxiosus* et *obnoxius*, *subdolosus*[45]) et *subdolus*, aliaque id genus similia. Cf. glossam codicis Amploniani[1] p. 375b 136: *strenuosissimus*:*fortissimus.*

CAPUT VI.

Critica et exegetica ad varias Plauti fabulas spectantia.

Casinae prologi v. 18 sqq.:

Ea témpestate flós poetarúm fuit,
Qui núnc abierunt hínc in communém locum,
Sed tamen absentes prosunt praesentibus.

Versum qui non versus est vulgata effecit transponendo: *sed ábsentes tamén prosunt praeséntibus*, addidit *et* voculam ante *praesentibus* Geppertus. Quid si prologi scriptor posuit quod in posterioris aetatis lingua vulgari usu venit, *prode esse* pro *prodesse*? Optime fluit versus talis: *sed támen absentes próde sunt praeséntibus. Tamen* illud praemissum sicut graece verti potest: ὅμως καὶ ἀπόντες λυσιτελοῦσι τοῖς παροῦσιν. Ceterum aut fallor aut ad ipsum hunc versum olim adscripta fuit glossa, cuius notitiam imprimis 'a a' glossario[46]) debemus. Tradi autem solet ita fere: *abantes*:*mortui, quos Graeci aliquantes appellant,* ubi lemma

---

45) *Subdolosus*: *astutus* in 'abavus' glossarum utraque recensione exstat. Quamquam forsitan lateat *sutellosus*: *astutus.*

46) De eo vide Prodromum p. 138 sqq.

scribo *absentes* et paenultimam interpretamenti vocem *ἀποβάντες*. Plena glossae memoria haec est:

absentes: mortui, quos Graeci ἀποβάντες appellant

cod. Casinensis 401 (*abantes mortui*|| [s erasa] *q. greci aliuantes*); cod. Vaticanus 1471[4] (*abantes* .. *greci aliquantes*); cod. Vossianus Oct. 24[2] (*abantes* .. *aliquantes*); cod. Vindobonensis 2404 (*abantes* .. *greci alibantes*); cod. Vaticanus 1469[1] f. 1[r]b (*abantes* .. *qđ greci elibantes*); cod. Casinensis 218 (*abantes* .. *gręci elibantes*). Caput glossae servavit Sangallensis 912 p. 4: *abantes: mortui.*

Ibidem v. 32:

. . . . Deíphilus
Hanc graéce scripsit, póstid rursum dénuo
Latíne Plautus cúm latranti nómine.

Interpretum de hoc loco nugas Pauli Festus p. 231 refutat, sicut Lambinus vidit: quode cf. Ritschelium Parergon p. 202 sq. Glossariis quoque uti potest, si quis scire cupiat quale fuerint canum genus plauti. Illinc petita haec mihi praesto sunt:

plautus: βαρύωτος

Philoxenus p. 162, 44.

plautus: languidis auribus: vel nomen auctoris

'abavus' glossae ampliores: *languidus* codd., *plaustus* Reginensis lat. 310. Segregandum videtur *vel nomen auctoris*, quae est singularis glossa similis illi frequentissime traditae: *Lucretius: auctoris sermo.*

plautus: auribus magnis, gracili corpore

gloss. Isidori p. 692, 17 (*plautos, magnis* om.); cod. Amplonianus[1] p. 363b 339 (*plautis: auribus mag*n*is* et *plutus: gracili corpore* ut duae glossae); cod. Leidensis 67 E f. 47[v]b (*plaustus*; *g. c.* om.). Vaticani 3321 f. 113[r] glossa *patus: auribus magnis ū ceruices* (*magnis ceruice* Casin. 439) hanc videtur suadere emendationem: *plautus: auribus magnis, cervice gracili.*

V. 75 vetus *pingnus* exhibet sicut in inscriptionibus habes *ingnominia* similiaque; v. 71 *alio* pro *aio*: ut scribendum sit *aiio.*

I, 45:

Unde aúscultare póssis, quom ego illam ósculer

Conicio Plautum scripsisse *unde aúscultare póssis, quom ego illam aúsculer.* Similiter lusit paulo ante v. 37 sqq.:

Ut postilena possit ex te fieri. | *Post autem nisi . . ederis* | *aut quasi lumbricus terram: quod te postules . .*

II, 3, 12:

Trístem astare aspício: blande haéc mihi mala res áppellandast. *mala res* non dicebant comici, sed *mala mers.* Cf. Cistellariae IV, 2, 61: *mala mers, era, haec et callida est*; Persae v. 238: *mers tu mala es*; Casinae III, 6, 22: *noui ego illas malas merces.*

II, 8, 7:

Recéssim cedam ad párietem: imitabór nepam

cedam eiusdem cum *recessim* radicis eo minus tolerari potest, quod v. 10 denuo habes: . . *candidatus cedit hic mastigia.* Neque tamen Palatinorum recensionem putaverim redire ad *recessim dabo me*, quod Pauli Festus p. 14 exhibet, sed vetustam vocem oblitteratam esse: *recessim betam ad parietem* . . Ceterum *nepa* vocabulum ceteroqui non nimis vulgare admodum frequentatur in glossariis, unde seligo 'aa' glossarum corruptam hanc: *cancer*: *nomine est serpentis nequā.* Sic Casinensis 401, cui ex parte tantum succurrit Vaticanus 1471[4], in quo *nomen.* Scribo *cancer*: *nomen est serpentis, nepa.*

II, 8, 61 sq.:

Vin língulacas? # Quíd opust, quando uxór domist?
Ea língulacast nóbis: nam nunquám tacet.

Lingulacas appellabant Festo teste et pisces et argutatrices mulieres. Eice versum 62, grammatici procul dubio additamentum, quo pessum datur ioci lepida brevitas.

III, 1, 15:

Quid me amare refert, nisi sim doctus dicax uiuus

In hac veteris codicis scriptura — neque enim *uiuos* exhibet —, unde alii alia elicuerunt, mihi *dicaculus* latere videtur, quo adiectivo Plautus usus est Asinariae v. 511. Lacuna autem quo modo explenda sit dubito: cogitavi de *dóctus catus dicáculus* vel simplicius de *dóctus ac dicáculus.*

III, 1, 47 sqq.:

Postquam éa adoleuit ád eam aetatem, út uiris
Placére posset . . .

Hiatum qui removeam nescio, si displicebit *aetatulam* pro *aetatem* scriptum.

IV, 2, 16:

Qui amát tamen hercle si ésurit, nullum ésurit

nullus scripsit Geppertus cum Dousa, *ne hilum* Boxhornius. Nihil mutandum. Ad hunc vel similem locum spectat Placidi in 'libro glossarum' scholium a Deuerlingio in programmate gymnasii Ludovicensis a. 1875/6 p. 26 evulgatum et *nullum*: *pro* '*nec id*' emendatum. At cum in codicibus tradatur *nullum pronicit*, corrigendum est potius *nullum*: *pro* '*nihil*'.

IV, 1, 16:

Aulás peruortunt, ígnem restinguónt aqua

Praestat orthographia, quam servavit glossa fortasse huic loco olim adscripta:

aullas: *quas ollas dicimus*

cod. Casinensis 439 [1].

IV, 1, 8:

Properáte: cenam iam ésse coctam opórtuit

Extremam versus vocem vetus codex mutilatam exhibet *oppo.* Non satis perspicitur primo obtutu, quid sibi voluerit manus 2., superscribens *id̄ abundant* = *id est abundanter.* Cogitavit autem, opinor, de *opipare* adverbio, cui hic non locus est.

III, 2, 20:

Própter operam illíus hirqui ímprobi edentúli

Alterum hiatum priore etiam minus tolerabilem ita quispiam removerit, ut *edentatuli* scribat: cf. huius fabulae versum IV, 4, 28 a Studemundo e palimpsesto emendatum: *Quin ímus ergo?* # *I, bélle belliátula!*.

III, 2, 21 sq.:

.. operam uxóris polliceór foras,
Quási catillatum.

Huc refero permiri interpretamenti glossam nisi in glossario Salomonis quod vocatur nusquam a me repertam: *catillatum*: *medicamentum acquisitum.* Spero approbatum iri hanc eius medelam: *catillatum*: *mendicatum, acquisitum.*

Poenuli prologi v. 5 sqq. ed. Gepp.:

Exsúrge praeco: fác populo audiéntiam.
Iamdúdum exspecto, sí tuom officiúm scias:
Exérce uocem, quám per uiuisque ét uales,
Nam nísi clamabis, tácitum te obrepét fames.

In septimo *uales* a Gepperto profectum, *colis* codices exhibent. Conicio *exérce uocem, quám per uiuisque ét cluis.* Octavus autem, qui est verborum quae praecedunt *uocem quam per uiuis* interpretamentum, eiciendus.

Ibidem v. 14:

Qui nón̦ edistis, sáturi fite fábulis.

Lusus est vocabulorum *fābulae* et *făbulae.*

I, 2, 22:

Nam quae lauta est, nisi perculta est, meo quidem animo quasi inquinata est.

Sic Geppertus, cum codd. *inlusta* vel *iniusta* pro *inquinata* exhibeant. Ego *quasi* deleo et sic corrigo: *nám quae lautast, nísi percultast, méo quidem animo inlútast.* Infra eiusdem scaenae v. 103 *inlutis* in B est.

V, 5, 22:

Nón pudet puellam ámplexarei báiolum in mediá uia

In decurtati scriptura *baliolum* latet *baiiolum.* Ceterum *baiol-*, non *baiul-* glossae nostrae mere latinae omnes:

baiolus: gerolus, portator

cod. Leidensis 67 F[1] f. 10^{v}a. Huius pars sit:

baiolus: gerolus

uberior 'abavus' glossarum memoria, velut Vossianus Fol. 82 et Christinensis 312.

baiolus: portitor

cod. Leidensis 67 E f. 10^{r}a. De *portitor* forma plura e glossariis alibi.

baiolo: porto

idem f. 9^{v}b.

baiolator: portator, laborator

cod. Amplonianus[3] p. 279a 13: a fragmento Deycksiano abest. Translatâ est haec glossa e 'Cyrillo' p. 409, 11: βασταϰτής: *baiolator.*

V, 5, 30:

Lubét? # ita dico. # lígula, i in malám crucem

Huc refero glossam ineditam:

ligula: *argutus, loquax*
incorruptam servavit ex meis fontibus solus cod. Casinensis 439[5], ubi *licula.* *Arguta* corruptela se insinuavit in codd. Vaticanum 1469[1] f. 37ᵛa; Casinensem 218; Sangallensem 912 p. 154.

Cistellariae II, 3, 78:

Quid núnc supina súrsum in caelum cónspicis?

Pro *sursum in* veteris codicis m. 1 scripsit *sus iam*, unde *susū iam* effecit m. 2. Illud autem non ad *susum in* redire mihi videtur — sicut Ritschelio Prolegomenon p. CIV —, sed potius ad *susu in.* Formam autem quae est *susu* vindico inscriptionum et glossariorum memoria. Illarum enim ex numero sententia Minuciorum *suso uorsum* exhibet idemque prorsus *suso* 'Cyrilli' glossarium p. 381, 48: *ἄνω* : *suso, supra, super.* Servavit *suso* etiam lingua italica: abundant exempla velut in Sacchettii 'novellis'. *Susu* habes in Stephani excerptis graecolatinis p. 344, 47: *susu* : *ἄνω,* cuius glossae scriptura eo minus dubitabilis, quod nihil mutata apud Philoxenum p. 209, 2 redit. Similem formam *rursu* pro *rursum,* quam Truculenti V, 73 vetus testatur, noli abolere. — De extrusa in *susu* littera *r* nota res est: illud autem addiderim ut minus notum, quod Frontinus in libello 'de aquis urbis Romae' scripto nullis usus est nisi *r* litterula carentibus formis. Habes sane in Buecheleri editione praeter *dextrosus* (I, 7 p. 6, 7; I, 8 p. 7, 1) et *sinistrosus* (I, 14 p. 9, 22) etiam *dextrorsus* (I, 9 p. 7, 6; I, 11 p. 8, 30) et *sinistrorsus* (I, 5 p. 3, 20; ibidem p. 4, 7; I, 7 p. 6, 9): sed fraudi fuit editori apographon Kellermanni, cuius lectionum in adnotatione critica prolatarum paene tertiam partem falsam esse codice Casinensi 361 denuo collato cognovi. Nusquam autem ut dixi ille non exhibet *-osus*: ut I, 5 p. 4, 7, ubi mutilata voce scriptum *sinistro,* sine ullo dubio supplendum sit *sinistrosus.* Ad has res quoniam perventum est, adiungo locum Appuleii Metamorphoseon VI, 5 (p. 42, 14 Psyches et Cupidinis ed. Iahn.), ubi Psyche haec conqueritur: *quorsum itaque tantis laqueis inclusa uestigium porrigam?.* Pro *quorsum,* quam formam Mercerus restituit, Florentino duce (ubi *quosum* with *rur* written above) restitue *quosum.*

II, 3, 59 scribe *ego deicam tibi,* cum m. 1 in ipso contextu exhibeat *deiciam,* in margine autem m. 2 adnotaverit:

'ał. dicā'. Item ad orthographiam pertinet, quod IV, 1, 5 e *quomq' mei sciam* non *conquiniscam*, sed *conqueniscam* elicio.

Aulularíae I, 1, 37 sqq.:

. . néque quicquam meliúst mihi,
Ut opínor, quam ex me ut únam faciam lítteram
Longám, meum laqueo cóllum quando obstrínxero.

Molestum idemque perplexae verborum collocationis additamentum est *meum laqueo collum quando obstrinxero* et sat mire dictum illud *unam*. Corrigo:

. . néque quicquam meliúst mihi,
Ut opínor, quam ex me ut lóngam faciam lítteram.

II, 4, 39 sq.:

Homo ád praetorem déplorabundús uenit:
Infít ibi postuláre, plorans, éiulans . .

Offendit me bis positum plorandi verbum neque ullus dubito quin Plautus ita non scripserit. *Plorans* autem, quod habes in altero versu, *pipans* vocabuli sive glossema sive corruptela est. *Pipare* verbum exstitisse docet substantivum *pipatio*, cuius apud Festum Pauli mentio fit in hunc modum p. 212, 9: pipatio : *clamor plorantis lingua Oscorum.* Multo autem etiam luculentiorem eiusdem notitiam glossariis debemus. Usu nempe veniebat de certarum avium clamore, unde transferebatur ad acerbam vociferationem. 'Pipant' accipiter, columba, passer:

pipiunculus : *accipiter, acceptor*

'abavus' glossarum utraque memoria: cod. Christinensis 310; cod. Vossianus Fol. 82; glossae 'Isidori' p. 689, 55; cod. Leidensis 67 F[3] (*piunculus*); gloss. Hildebrandi p. 241 b 233. Cf. Osbernum p. 472 a: *pipiuncula* : *accipiter, a pipiando* (*piptuncula accipitur* cod.).

pipiones : *pulli columbarum*

Osbernus p. 483 b. 'Voces variae animantium': *pipant pulli.*

pipat : *conuiciatur, quiritat ut passer*

sic scribendam duco Sangallensis 912 p. 218 glossam pipa : *uiciatȝ q̄ritat passer.* Cf. glossam infra excitatam quiritare : *pipulare.* De 'queritare' forma v. Prodromum p. 316.

Latiore sensu usurpatum esse verbum discimus ex glossis:

pipant : *resonant*

cod. Amplonianus[1] p. 362 b 248.

pipulare : *quiritare*

hoc modo emendavi glossam uberioris 'abavus' memoriae *quiritare* : *populare* (velut in glossario post Salomonis lexicon adiecto et in Christinensi 310 traditam, cum in Vossiano Fol. 82 lacuna sit), quam Prodromi p. 317 nondum expediveram. *Pipulare* in *populare* corruptum haud aliter atque *pipulo* in *populo* in Plauti Palatinis Aulul. III, 2, 32 et Militis II, 6, 101 (584). Ordinem verborum mutavi convenienter eis, quae disputavi l. s. s. p. 94 sq. *Pipulare* a *pipulo* derivatum est sicut *sibilare* a *sibilo*.

pipulare : *resonare*

glossae 'Isidori' p. 692, 29 (*pipilare*); Osbernus p. 483b (*pipulare*). Non nego *resonare* habere quod offendat.

pipilat : κορυζιᾷ

Philoxenus p. 161, 50: *pipitat*.

Nihil vides hucusque erutum esse e glossariis, quod faciat ad comprobandum nostrum *pipans*, ut *plorans* glossemate explosum. Sed restant:

pipulo : *conuicio*, *ploratu*

fontes huius glossae v. Prodromi p. 260.

pipatio : *clamor plorantis*

cod. Vaticanus 3321 f. 118r (*pipado . . putantes*).

Quamquam habes iam *pipare* verbum larga testimoniorum copia illustratum, tamen dubitaveris fortasse, num probo scriptori tribui possit, cum pro eius fontium natura videatur esse vulgaris tantum sermonis. At usus est eodem de plorantis hominis voce Lucilius in inedito saturarum fragmento, quod una cum aliis publici iuris faciemus alibi. Ad eius scholium apparebit redire ultimam e glossis modo prolatis itemque Festi supra excitatam.

III, 4, 6 sqq.:

Cóndigne etiam méus med intus gállus gallináceus,
Quí erat anui péculiaris, pérdidit penínssume.
Ubi erat haec defossa, occepit ibi scalpurire ungulis
Círcum circa . . .

De dubia versus 8 scriptura nunc non ago, hoc unum addo praeter *scalpurire* — dummodo sanum sit — gallos, qui unguiculis terram radunt, latine dici *scarpinare*, glossa latino-anglosaxonica codicis Amploniani[1] p. 375 a 98 teste: *scarpinat* : *scripit haen*, cuius formam mere latinam nondum repperi. *Scarpinare* a *scarpere*, sicut *bovinare* a *bovere*, co-

quinare a *coquere* (cf. cod. Amploniani[3] p. 293 a 144 et fragmenti Deycksiani glossam *coquinator* : *coquus*), aliaque id genus verba.

III, 6, 19 sqq.:

Quos si Árgus seruet, qui óculeus totús fuit,
Quem quóndam Ioni Iúno custodem áddidit,
Is núnquam servet.

Eice versum secundum ut additicium.

Curculionis I, 1, 30:

Sempér curato né sis intestábilis

Huc spectare videtur:

intestabilis : *sine fide et testimonio*

cod. Leidensis 67E f. 32[v]a. Cf. Amplonianum[3] p. 343 b 108: *intestabilis* : *sine testimonio* et Philoxenum p. 122, 29. 124, 6.

Captivorum III, 1, 3 (490):

Quí concilium iniére, quo nos uíctu et uita próhibeant

Transposuit Fleckeisenus *consilium qui*, Brixius proceleusmaticum tolerandum esse ait. Non intellego quidni liceat ita metiri: *quí concilium iníĕre, quo nos* . .

III, 5, 5:

Nam sémper occant príus quam sarriunt rústici

sariunt emendavit Ritschelius Prolegomenon p. CLXII servavitque Nonii p. 7 cod. Bambergensis. Eandem huius verbi formam Fleckeisenus Annalium a. 1868 p. 212 dicit unice ab antiquis usurpari neque omnino *sarrire* latinum esse videri. Pro certo ego hoc negaverim, confisus auctoritate glossarum mearum, quo ex numero huc facientes quinque — eaeque maiore ex parte singulae compluribus codicibus traditae sunt — ad unam omnes simplicem *r* litteram exhibent. Sunt autem hae:

sario : *sarculo*

cod. Leidensis 67E f. 53[r]a: *sarculum*; glossae 'Isidori' p. 695, 19; cod. Casinensis 439 (Vaticanus 3321 hoc loco lacunosus est).

sario : *circumfodio*

cod. Vaticanus 3321 f. 136[r]: *circonfodio*; cod. Casinensis 439: *circūfidio*; cod. Leidensis 67F[1] f. 46[v]d: *considio*.

sarit : *βοτανίζει*

Philoxenus p. 192, 6.

sariat: *humum seminet*

cod. Amplonianus[1] p. 377 a 230: *seminat.*

sariri: *sarculo laxari*

codd. Casinensis 439; Vaticanus 3321 f. 136r: *lexari,* sed *a* m. 2 supra *e* scripta; Leidensis 67 F[1] f. 46v d: *sarculo* secundae quae antecedit glossae addditum, *laxare. Sari* omnes fontes.

Exstant sane tres per *rr* glossae:

sarrio : σκαλεύω *sarritor* : σκαλευτής *sarritura* : σκάλευσις	'Onomasticon' p. 135

at 'Onomasticon' non antiquae originis esse demonstravi.

Techina formam ipsis codicibus duobus tantum locis (Poenuli IV, 1, 1 libri fere *tethine,* Mostellariae III, 1, 23 *techinae*) traditam habemus. Quibus ducibus Ritschelius[47]), secutus etiam similium exemplorum ἀναλογίαν, alibi eandem restituit, velut Captivorum III, 4, 109 (642):

Tum ígitur ego derúncinatus, deártuatus súm miser
Húius scelesti téchnis qui me ut lúbitumst ductauít dolis.

Egregie comprobat scripturam glossa, quam ad hunc versum spectare puto:

techinis: *fraudibus, dolis*

cod. Vaticanus 3321 f. 151r (*tethinis*). Omittunt *dolis* codices Vaticanus 1469[1] f. 69r b (*tethinis*) et Casinensis 218 (*tethinis*).

Multo minus probabiliter eam ad Terentii Hautontim. III, 1, 62 *technís per seruolum: étsi subsensi íd quoque* quispiam rettulerit. Non deest autem alterum illius formae in glossariis testimonium:

techinam: *fraudem*

cod. Casinensis 439 f. 61v b (*tehinan*); cod. Vaticanus 3321 f. 150v (*temnam*).

Captivorum I, 1, 61 sq.:

Nam hoc paéne iniquomst, cómico chorágio
Conári desubito ágere nos tragoédiam.

Choragium quid sit Brixius adnotat Festo Pauli p. 52 usus: *choragium*: *instrumentum scaenarum.* Planius docet glossa:

choragium: *ornatus mimicus*

integrae glossae unicum fontem novi codicem Leidensem

47) Cf. Opusculorum t. II p. 473 sqq.

67 E f. 13ᵛb (nisi quod *mimicus*); lemmatis prima littera in *t* corrupta exhibetur in permultis, velut in cod. Sangallensi 912 p. 298; cod. Vaticano 1469 [1] f. 70ᵛb (*inimicus*: in Casinensi 218 lacuna est); cod. Leidensi 67 F [1] f. 51ᵛc (*totragium*); cod. Leidensi 67 E f. 56ʳb (*togragrum*); apud Maium VII p. 583 (*toragium*); in cod. Vossiano 82 Fol.; cod. Christinensi 312. Plenior exstare videtur in Hildebrandi glossario p. 284 a 71: *thoragum* : *ornatus mimicus id est tiara*, cuius additamento quid faciendum esset non perspexit editor. Ego duce Leidensi 67 F [3], qui exhibet *thoragium* : *ornatus mimici hoc est timorum*, extrema tria verba in *hoc est mimorum* correcta simpliciter eicio, ut pote *mimicus* vocabuli interpretamentum. Atque uberior 'abavus' glossarum memoria (Vossianus Fol. 82 et Christinensis 312) ea omittit. Parum plana est Leidensis 67 E f. 13ᵛb glossa *choragio* : *exercitu* (*chorogio* cod.).

Non autem huc facere videtur glossa sat mira haec:

coragium : *pars est ludis, quando prouerbia dicuntur*

cod. Vaticanus 3321 f. 33ᵛ (*coragio*); glossae 'affatim', velut cod. Leidensis 67 F [1] f. 17ᵛb (in quo tamen *lutis*), item *coragio*; glossae 'Isidori' p. 672, 51 (*corugio puer* .. *ludus* .. *dicunt*); eaedem p. 672, 52 (*in ludis*); codd. Vaticanus 1469 [1] f. 17ʳa et Casinensis 218 (*ludi*).

Quae quid sibi velit, ab aliis doceri velim: ego ita tantum aliquid lucis nasci puto, ut scribatur *coragium* : *pars est funeris, quando deuerbia dicuntur. Choragium* ut funeris pars apud Appuleium bis usu venit[48]) et de deuerbiis glossula exstat in Deycksii fragmento (Amplonianus [3] eo loco lacunosus est): *deuerbium* : *canticum, quod ante mortuum canitur.* Quamquam perdubitabilem scripturam esse non nego.

Aulalariae II, 1, 36 quod *quam maxuma possum tibi dare dote* libri exhibent, non *cum* corrigendum, sed *quom*, quae est praepositionis forma antiqua alibi quoque restituenda.

Truculenti II, 2, 39:

Búccas rubricá, creta omne córpus intinxtí tibi

RUBRICACRETA palimpsestus, *rubrice ceta* vel *rubriceta* Palatini. Incorruptam priorem vocem legit etiam scholiasta, cuius haec est adnotatio:

rubrica : *rosea tinctione*

cod. Christinensis 312 (cod. Vossianus Fol. 82 hoc loco lacuna

---

48) Cf., ne longi simus, Hildebrandum ad glossarium Parisinum p. 284 a.

truncatus est); cod. Leidensis 67E f. 52[v]a; cod. Leidensis 67F[1] f. 46[r]d (*rubricum, tinctio*).

Stichi fabulae servus Sagarinus in ea comoediarum Plautinarum memoria, unde pendent Ambrosiani et Palatinorum recensiones, procul dubio Sangarinus appellabatur. Hanc enim formam palimpsestus omnibus locis (v. 433. 439. 441. 644). Palatini duobus exceptis (BCD v. 433 et D in titulo scaenae V, 4) item omnibus (439. 644. 660. 680) exhibent. Non ita fabulae codex, in cuius principio fuisse videtur personarum index[49]), cuius fragmentum servavit glossa in 'libro glossarum' (velut in codd. Palatino 1773 et Ambrosiano B 36 inf.) tradita: *fugens et sagaris*: *nomina seruorum*. Non mutatum est *sag-* in *sang-*, quod contra reliqua lemmatis pars foedissime corrupta. Non autem dubitabis *Stichus et Sagarinus*: *nomina seruorum* scribere, memor quam facile corruptela FUGENS derivari possit ex STICHVS.

Stichi II, 2, 5 (329) A *me quidem*, BCD *equidem*: scribe *nám me equidem miserébat horum* . . .

Pseuduli v. 915 Ritschelius Lorentiusque: *monendus ne me moneas.* Scribe *monendu's.*

Truculenti II, 6, 55 nihili sunt quas in ipso principio versus *méa uoluptas, áttuli eccam pállulam ex Phrygiá tibi* vetus codex exhibet litterae *im*, quarum alteram omittunt C et D libri. Corruptas eas puto ex *mi*, ut sint Stratophanis militis nota, versui qui praecedit olim praefixa.

Dum codicum Palatinorum corruptelas perlustro, multis locis offendit me *a* littera pro *i* producta substituta. Quod tam frequenter usu venit, ut non possit mera corruptela esse. Sunt potius scripturae quae est *ei* pro *ī* non dubitabiles reliquiae, cum librarii levissimo errore *a* pro *ei* posuerint. Cuius scripturae exempla qui accuratius quaesiverit, sescenta reperiet; satis sunto haec pauca:

Truculenti I, 2, 1 *foras* B = *foreis*

II, 1, 24 *oblitus* A, *obiatus* B, *obatus* CD = *obleitus*

49) Nisi potius ad scaenae V, 2 titulum glossa spectat.

Truculenti II, 2, 34 *foras* BCD = *foreis*
6, 5 *pugnas* BCD = *pugneis*
51 *excidi* CD, *excida* B } = *excidei*
7, 20 *bones* B, *bonas* CD } = *boneis*
IV, 3, 45 *illac* BCD = *illeic*
Poenuli I, 2, 192 *arata* B = *eirata*
V, 2, 6 *seruare* B = *serueire*
Casinae II, 7, 11 *foras* B = *foreis*
IV, 4, 23 ICIT A, *agit* B } = *eicit*

Ad orthographica quoniam perventum est, haec subiungo. Truculenti IV, 4, 27 in librorum scriptura *manubinarius* non *manipularius*, sed *manupularius* agnosco (cf. *manuplares* Mostellariae v. 312) atque in veteris codicis *quali est* non *squalet*, sed *squallet*[50]. — Satis memorabile ni fallor illud est, quod *exammen* videtur eliciendum e scripturis *etiā men* (BCD) Truculenti II, 6, 53[51]) et *exanimen* (sic fere BCD) eiusdem fabulae II, 2, 59. Cf. codicem Vaticanum 1469[1] f. 63[v]a: *scrutinium* : *examminatio*. — Militis I, 1, 21 non obscurandum est, quo libri spectant, *peiuriorem*[52]).

Truculenti II, 2, 17 sic conformaverim:

Án eo bella's quía clepisti ahénas armillás tibi?

Truculenti II, 4, 19 TU A, ubi *tui* Palatini. Illud natum videtur ex TIS. Ceterum exstat simillimus locus, eandem

50) Cf. Truculenti II, 4, 58 *milles* in BCD et Pseuduli argumenti prioris v. 1 in B: ad eandemque scripturam videtur redire militis nota in versum Truculenti V, 25 sic intrusa: *mille*. Pseuduli v. 738 *ab aliis* BCD, quod est *ab allis*.

51) Hoc ibi vocabulum latere perspexerunt Hauptius Hermae t. III p. 229 (= opusculorum III p. 433) et Kiesslingius Nov. annalium t. XCVII (a. 1868) p. 634.

52) *Peierare* verbum habes etiam in his glossis: *peierat* : *falsum iurat* (cod. Sangallensis 912 p. 210: *peiera*; Ambrosianus B 31 sup. f. 185[v]: *pegerat*; Leidensis 67 E f. 47[r]b: *pegerat*) et *peierat* : *qui mendacium iurat* (Leidensis 67 F[2] f. 59[r]d: *mundum*). *Peiurare* est apud Placidum 'libri glossarum' a Deuerlingio singillatim editum p. 27, 5.

prorsus utriusque fontis discrepantiam exhibens, sed nunc mihi non praesto est.

Bacchidum II, 3, 120 (354):

Senéx in Ephesum hinc íbit aurum arcéssere.

hinc, quod libri omittunt, addidit Camerarius. Scribe *bitet* pro *ibit*.

Mostellariae versus 5 paene desperatus quot modis sanari posse aliis visus sit e Ritschelii adnotatione pete sis; mihi sic:

Exi ínquam, nidor, é pupina: quíd lates?

nidor et *pupina* contemptim dicta sunt. Nidor, qui proprie 'ignis odor adustus'[53]), largiore significatione idem fere est quod fetor. Solent enim, ut alia testimonia mittam, glossaria ita explicare: *nidore* : *fetore* (cod. Amplon.[1] p. 355a 21); *nidor* : *fetor* (cod. Ambrosianus B 31 sup. f. 177^r: *nedor peior* vel *pelor*); *nidoribus* : *malis odoribus* (cod. Leidensis 67 E f. 42^v a); *nidore amoto* : *sordibus mundatis* (sic scripsi pro eiusdem codicis *nitore amotis sordilibus* [ubi *li* ipsa manus 1. delevit] *mund*). *Pupina* autem vulgariter pro *popina*, idque vocabulum vilem ac sordidam coquinam significat. Cf. Vaticani 1468 glossam: *gurgustium* : *pupinam sordidam*, *vel ubi porci includuntur* (*gurgitium* cod.). Cuius glossae altera pars in mentem revocat Mostellariae versum 40: *germána inluuies, rúllus, hircus, hára suis*, quo nondum observatum est spectare 'libri glossarum' Placidum p. 20, 6 ed. Deuerl.: *hala* : *hircosus*, *olens*. Ibi enim *hara* scribendum; nam *hala*, quod non offendisse videtur editorem, me nescire quid sibi velit fateor.

Militis versui IV, 2, 73 (1065) *tum argenti montis, non massas habet: ethna mons non aeque altos* (sic fere CDa; nam B lacunosus) ut iustum metrum restitueret dudum Camerarius *mons* voculam tamquam glossema delevit. Quod contra Lachmannus sic correxit: *tum argénti mons; nam mássas habet: Aetná mons non aeque áltust*, coniectura vel ob repetitum illud *mons* haud sane probabili. Iam Ritschelius spondiacam *Aetna*

---

[53]) Sic interpretantur codd. Vaticanus 1468[1] f. 42^v a et Casinensis 218. Cf. etiam 'abavus' glossarum recensionis amplioris *nidar* : *nidor, odor ignis* et Philoxeni p. 143, 51 *nidor* : *κνίσσα*.

vocabuli mensuram evitans sic verba collocavit: *tum argenti montis, non massas habet: Aetna aeque non altast,* qua scriptura ob usum Plautinum *non aeque* potius postulantem improbata Kayserus et nuperrime Brixius ad Camerarianam redierunt. Ac negari quidem nequit, posse *Aetna* spondeum explere, sive ab antiqui sermonis *a* productam in prima declinatione servantis consuetudine, sive a dialecti doricae forma quae est *Αἴτνᾱ* explicandi viam derivas. At vide num forte sicut multa graeca, velut *Ἀλκμήνη* (Alcumena), *λύχνος* (lucinus), al., sic *Αἴτνα* quoque inserta *i* vocali Latini ipsorum loquendi mori accommodaverint. Accedit quod *Aetina* forma metri ratione quamquam non exigitur, tamen quodam modo commendatur; nam recepta ea versus melius fluere videtur ita: *tum argénti montis, nón massas habet: Aétina non aeque áltast.* Re autem vera exstitisse *Aetina* nostrum demonstrabimus adhibitis duabus glossis, quarum alteram truncatam corruptamque habes in codicibus Vaticano 1471[2] s. IX f. 7[v]a (*Aethena* : *mons*) et Leidensi 67 F[4] f. 104[r]a (*Aethana* : *mons siciliae*), emendatiorem autem nec breviatam in eodem Leidensi[2] f. 54[v]a talem:

Aethina : *mons Siciliae* (cod. *sicilei*), *qui emittit ignem*

Elegantior altera, quae sic currit:

Aethina : *mons Siciliae, semper occultis ignibus ardens et non numquam flammarum globos euomens*

cod. Casinensis 401 (eo loco in Vaticano 1471[4] lacuna est): *ethena . . agnib; . . glouos*; cod. Vaticanus 6018: *etam mons . . & nūquam . . glob; . .* Prior pars in Leidensi 67 E f. 22[r]b servata est: *Ethna* : *mons sicilie semp occultis flammis ardeas*, ubi *flammis ardens* longe posthabendum patet scripturae *ignibus ardens*.

E compositis his glossis etiam aliud quid elici potest. Vides enim convenienter cum libris Plautinis CDa fontes glossarum nullo excepto omnes (nam Vaticani 6018 *etam* neutram in partem facit) exhibere *t* litteram adspiratam: itemque comparatas esse reliquas quibus illud nomen explicatur glossas ostendat haec earum enumeratio:

Aethna : *nomen montis*

cod. Vaticanus 1469[1] f. 4[v]a; cod. Casinensis 218.

Aethna : *mons est in Sicilia*

cod. Ambrosianus B 31 sup. f. 148[v] (*ethea*).

Aethna: mons, in quo umbilicus inferni dicitur esse: et est in partibus Siciliae

cod. Vaticanus 1468 (*Ethná*: sic cum accentu).

In Sicilia mons Aethna

codices Casinenses 90 et 217 (*ethna*). Fragmentum est.

Nusquam habes *Aetna*. Sat memorabile igitur ac novum adspirationis exemplum eruimus[54]).

54) Inquirendum erit in codices, num forte pariles scripturae nominis frequentissimi alibi exstent. Mihi velut hae nunc praesto sunt. In Vergilii Aeneidos III v. 674 Mediceus AETHNA, Bernenses 172 et 165 *ethna* exhibent; v. 678 *ad'hnaeos* Gudianus fol. 70, *ad'hneos* Bernenses 172. 165. 184; v. 579 *ethnam* Bernenses 165 et 184; v. 554 *ad'hna* vel *ethna* item duo Bernenses. — In Ovidii ex Ponto epistulis II, 2, 111 Kornii ABFLP *h* testantur; nempe *ad'heus* bonae notae Hamburgensis (A), *ethneus* Gudianus (L) et Lipsiensis (P), *ehtneus* Argentoratensis (B), *etheneus* Basileensis (F). Ibidem 10, 23 *ethneae* A, *ethee*[ti] B, *ethuea* P. — Apud Solinum septies nomen montis habes. Ibi quamquam Mommsenus consulto tacet de rebus orthographicis, tamen bis aliis de causis vocabuli mentionem faciens *aethnae* testatur: 5, 15 p. 56, 7 ex H (Heidelbergensi et Bernensi 170), S (Sangallensi 187), A (Angelomontano), atque 5, 18 p. 57, 2 haec adnotat: '*aethna* libri boni cum Isidoro'. In codice Casinensi 391, quem contuli usque ad 7, 14 p. 63, nisi aspiratum non exstat nomen. — Martiani Capellae l. VI p. 218, 20 ed. Eyssenh. Bambergensis e corr. *aethnae* exhibet.

INDICES.

I. INDEX LOCORUM.

Appuleius 212
metamorph. VI, 5 207
Festus et Pauli epitoma
p. 14 204
52 211
212 208
231 203
Frontinus de aquis urbis
Romae I, 5 (ter). 7 (bis).
8. 9. 11. 14 207
Glossae editae necdum
editae 150. 159. 163. 170. 178 sq.
197. 200 sq. 202—217
Inscriptiones 203. 207
Lucilius 209
Martianus Capella VI
p. 218, 20 217
Nonius p. 177 ed. Quich. 198
Ovidius ex Ponto II, 2,
111. 10, 23 217
Placidus p. 8, 17 200
27, 13 178
66, 22 178
'libri glossarum' p. 20 215
26 205
27 214
Plautus Amphitr. 678 198
1061 201
Asinaria 511 204
654 157
Aulularia I, 1, 7 sq. 164
37 sqq. 208
II, 1, 36 212
4, 40 208 sq.

Plautus Aulul. III, 2, 32 209
4, 8 209
6, 20 210
Bacchid. 354 215
Captiv. argum. 5 196
I, 1, 61 211
III, 1, 3 210
4, 109 211
5, 5 210 sq.
Casina prol. 20 202 sq.
32 }
71 } 203
75 }
I, 45 203 sq.
II, 3, 12 204
7, 11 214
8, 7 }
61 sq. } 204
78 197
III, 1, 15 }
47 } 204
2, 20 }
21 sq. } 205
5, 54 197
6, 22 204
IV, 1, 8 }
16 } 205
2, 16 }
4, 23 214
28 205
Cistellaria I, 1, 57 sq. 163
II, 3, 59 207 sq.
78 207
IV, 1, 5 208

Plautus Cistell.	IV, 2, 61	204
Curculione	I, 1, 30	210
Epidic. ultimo versu		149
Menaechm.	arg. 2	196
Mercatore	167	163
Milite	200	164
	584	209
	1065	215 sqq.
Mostellaria	5	215
	312	214
	550	211
	1173	165
Persa	238	204
	421	161
Poenulo	prol. 5 sqq.	205 sq.
	14, I, 2, 22, 103	206
	192	214
	IV, 1, 1	211
	V, 2, 6	214
	5, 22	206
	30	206 sq.
Pseudulo prol.	1	149 sq.
	arg. I v. 1	214
	4	196
	II v. 2	150
	4	152 sq.
	5 (bis), 10	150
	15	151
fabulae v. 5. 10		150
18. 19. 24		152
25		168
29. 30. 35 (bis). 40. 51		152
53		152 sq.
55. 60. 61. 66 b		153
69		154
70. 71		168
72. 77. 79. 81. 82. 83		154
85 sq.		154 sq.
91 sqq.		155 sq.
97. 100. 101. 102		156
104 sq.		156 sq.

Plautus Pseudulo 106. 107. 110. 115. 116	157
121 sq.	157 sq.
124	158 sq.
130. 131. 132 (bis). 133. 134. 136. 137	159
138 sqq.	159 sqq.
142	159
143. 144. 145. 147. 148	162
149	162 sq.
150	162. 168
152	162
153	163 sq.
154	162
157	162. 164
164. 167	164
170 sq.	160
180	164
183	162
184. 185. 191	164
194 sq.	164 sq.
196—205	165 sq.
267	168
268	166
276	167
281, 321	168
346	152
369	156
397. 424 sq. 433. 446	167
469	167. 168
472 sq.	167 sq.
561	168
572 b	168 sq.
615	169
616	152
618. 644. 668. 669. 674	169
701	150
703. 706. 708. 712. 723. 737. 739. 742	169
752	151
808	168
831. 832	169

Plautus Pseudulo 833 170
835 169 sq.
836. 885. 889. 893 170
896 168
901 170
915 213
918. 933 170
954 sq. 164
955 170
959 170 sq.
960. 973. 975. 979. 980. 986. 987. 989. 1083 171
1090 152
1129 171 sq.
1152 152
1158 172
1162 152
1179. 1182. 1187. 1191. 1204. 1222. 1234 172
1284. 1291. 1295 173
1295—1312 173 sq.
1317 (bis). 1322. 1333. 1334 174
Sticho 7. 8. 44. 47. 49. 73. 89. 95 174
I, 2, 67 174 sq.
150. 152. 190. 193. 203. 214. 228 175
255 176
270 sq. 164
271. 288 176
291 176 sq.
292. 296. 302. 305. 307. 322. 325. 327 177
329 213
330 (bis). 332. 334 (bis). 335. 338. 339. 340. 345 177
348 sqq. 177 sq.
349. 351. 352. 363. 364. 365. 371. 372. 373. 376 178
Plautus Sticho 378 162
387 178 sq.
388. 389. 391. 394. 396. 400. 420. 422 179
425 180
427 179
428 179 sq.
429 180
433. 439. 441 213
441 sqq. 448. 449. 465. 471. 472. 473. 474. 476. 477. 484. 488. 489. 490. 493 180
501. 509. 517. 520. 521. 523. 524. 525 181
526. 530. 531. 534. 535. 536. 539. 543. 544. 545. 547. 548 (bis). 551. 583. 585. 587 182
589 182 sq.
590 sq. 597. 608. 612 183
615. 620. 623. 624. 625. 632 sq. 184
636 184 sq.
639 185
644. 660. 680 213
682. 691. 692. 693. 699. 701 185
Trinummo arg. 1 195 sq.
11. 12. 14. 140
23 196
26. 29 141
32 196
33. 35 (bis). 45. 50. 52. 53. 55 141
59. 60. 63. 64. 70. 78. 79. 87. 95 142
114. 162 197
176. 177. 181. 183. 190. 191 142
194 197
211. 212. 213. 218 142
230 197

Plautus Trinummo 233. 234. 235. 236. 238. 240. 241. 246. 252. 257 b. 260. 261 (bis). 264. 143
270. 274. 275. 278. 283. 286. 144
289 161
296. 297. 301. 303. 304. 305. 306. 308. 309. 310. 312. 313 144
314 144. 166
315 (bis). 321. 324. 326. 329. 330. 334. 335. 336. 341. 342 144
352. 354. 358. 360. 361. 362. 364. 365. 369 (bis). 371. 373. 377. 380. 381. 382. 384 145
385. 391. 412. 415 146
417 142
418 146
419. 424. 427. 428. 430 146
432 197 sq.
439. 445. 446. 447. 451. 456. 463 146
482. 488. 502. 506 147
511 142
512. 519 147
521 197
522. 534 147
538 198
541. 545. 637. 638. 641. 642. 647. 649 (bis). 650. 652. 655. 665. 668. 670. 671 147
692 198
721 150
744. 745. 755. III, 3, 38. III, 3, 39 b. 770 147
780 167

Plautus Trinummo
787 200 sq. 150
790 198 sq.
792. 802. 820 199
835 147. 199 sq.
836. 838. 839. 840 sqq. 147
841 148
843 147
844 148
846 147
848. 849. 850. 854. 855 (bis) 148
856 200
857. 859 148
860 148. 200 sq.
861 (bis). 863 148
892 200 sq.
902. 962 197
1004 sq. 196
1022 201
1036 201 sq.
1046. 1049. 1050. 1053. 1055. 1056. 1059 148
1060 148. 149
1061 (bis). 1062. 1063. 1067. 1069. 1070. 1073. 1074 (bis). 1076. 1077 149
1157 141
1173 199
Trucul. arg. titul. 1. 9 186
prologi titul. 1. 19 187
I, 1 titul. 3. 7. 8. 16. 18. 33. 38. 53. 57 187
1, 59 162
67. 76. 77 187
2, 1 213
10. 18. 29. 40. 43. 45 187
46. 47. 77. 78. 89. 91. 101. 104. 105 188
II, 1, 1. 7. 10. 11. 15. 20 188

Plautus Trucul. II, 1, 24 213
27. 37. 42 188
2, 6. 13. 14 188
17 188. 214
19. 24. 25. 32 188
34 189. 214
37 189
39 212
42. 43. 46. 47. 49.
52 189
59 214
62. 63. 64. 65
3, 1. 10. 16. 17. 24 189
4, tit. 4. 7. 10. 14
15. 17 190
19 214 sq.
45. 51 190
58 214
68. 74. 83
5, (2). (11). (17). 190
21. 22. 23. 25
6, tit.
5 214
20. 22. 24 190
27. 29. 31. 32. 41.
43. 47 191
51. 53 214
54 191
55 213
56. 61. 65
7, tit. (4). 7. 9. 10. 191
11. 13. 15
20 214
(21). 21 191
Plautus Trucul. II, 7,
27a. 33. 35. 38.
48. 57. 58. 62. 64
8, 2. 11 192
III, 1, tit. 2. 3. 8. 18.
2, 1. 8. 23. 27. 30
IV, 1, 4. 10
2, 7a. 12. 14. 15.
18. 20. 26. 28. 193
40. 49. 58. 59
3, tit. 8. 10. 13
15—62 186
26 193
27. 34 194
45 214
49. 50. 57. 58. 61.
62. 63. 64. 65 194
76. 78. 79
4, 1. 5. 20 195
27 214
33. 36
V, 9 195
25 214
26. 48. 51. 58 195
73 207
74 195
Solinus 5, 15. 18. al. 217
Terentius Andr. 98 162
Hautontimorumeno
471 211
Vergilius Aen. III, 554
579
674 217
678
'Voces variae animantium' 208

II. INDEX VOCABULORUM.

Abetens 195 sq.
absentes 202 sq.
accĕpi 180.
accĕpit 197.
accipisti 197.
? *adbitendi* 197 sq.
adcubat 152.
adīmit 197.

aemolos 166.
aetatula 204.
Aethina Aethna 216 sq.
aiio 203.
αἰςχροκερδής 196 sq.
allis 214.
amsedentes 200.
amstabant 200.
? *anellus* 199.
aranea araneum araneus 177 sq.
aullas 205.
aurufex 199.
ausculer 203 sq.
baiiolus 208.
baiolator baiolo baiolus 206.
batiochis 185.
betam 204.
bitat 183.
bitet 215.
bona opera 157.
bovinare 209.
bracchium 169.
cacula 196. 150 sq.
cataractria 170.
catillatum 205.
caussa 153. 156. 158.
cepolendrum 169.
choragium 211 sq.
ciomalindrum 169 sq.
clepe 160.
clepisti 214.
cluis 206.
cocilendrum 169.
? *collicrepidae* 201.
conciliabolum 166.
conqueniscam 208.
contenuo 184.
contenuum 175.
coquinare coquinator 210.
crepitus strepitus 201.
cruristrepidae 201.
? *culicrepidae* 201.
decrepitus 201.
deeis 177.
defrudes 156.
deicam 207.
desidescere desidia desidiosus 163.
deverbium 212.
dextrosus 207.
dicaculus 204.
drachuma 155. 156.
ecfecturum 150.
ecflictim 150.
? *edentatulus* 205.
egerere aquam 164.
ei = *ī* 172. 213 sq.
exammen examminatio 214.
exmovere 162.
exsurgere transitive 149.
făbulae 206.
face 152.
famiferatio 198.
famigeratio 198.
ferriteri 201.
gutta 167.
hapalocopide 170.
hara 215.
harunc 154.
hoc sis vide ut 163 sq.
ibus 196.
illuc sis vide ut 164.
indaudiveris 198.
ingnominia 203.
iniĕcit 197.
inlutus 206.
interibi 178.
intestabilis 210.
iubere c. dat. 179.
ligula 206 sq.
lixabundum 176.
Lucretius 203.
† *macedonicus macedonius* 152.
magnufice 164.
mala mers 204.
mala noxia 196.
manuplares manupularius 214.
meille 182.
mers mala 204.
milles 214.
mulcare 179.

negotiossam 178.
nepa 204.
nidor 215.
nogae nogator 200.
noxia mala 196.
nullum 205.
occipisti 197.
† *oculilippi* 201.
† *oculistrepidae* 201.
oh 171.
omneis 178.
opera 161.
opipare 205.
† *orgia* 153.
? *osculatiunculae* 154.
† *palpitatiunculae* 153.
pantopolium 169.
peierare peiurare peiurus 171. 214.
† *pendulum pensilem* 155.
† *perforator* 171.
perfossor 171.
pingnus 203.
pipare pipatio pipilare pipio pipiunculus pipulare pipulum 208 sq.
plautus Plautus 203.
† *posttridie* 175.
potis 166. 175.
prode sunt 202.
? *proficiscere* 167.
propeino 180.
† *propemodo propemodum* 167.
prosus 170.
pupina 215.
quaesso 174.
quom praepos. 212.
quoquus 170.
quosum 207.
recīpit 197.
redduxit 169.
rubrica 212 sq.
salupotenti 199.
sanein 172.
Sa(n)garinus 213.
sarire 210 sq.
scarpinare 209.
seiris 197.
seit 197.
semul 178.
sicaptidem 169.
† *siet* 197.
? *simitur* 179.
sinistrosus 207.
squallet 214.
strenuosus 202.
strepitus crepitus 201.
strigilim 175.
† *subditicius* 151.
subditivus 151.
subdolosus 202.
sublingulo 170.
subregulo 170.
sucopanta sucopantari 200 sq.
surgere transitive 149 sq.
surpere 150.
surrupto 196.
suso susu 207.
sutellosus 202.
sycophantans 150.
tappetia 162.
techina 211.
tegora 166.
tetrarcha 170.
tis 214 sq.
tonsilia 162.
turbelas turbellas 157.
turpilucricupidus turpilucris 196 sq.
uocivas 167.
utrumne 159.